



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens Primordia Christianæ Religionis Per Boiariam Et Loca quædam vicina; Catalogum videlicet & ordinariam successionem Archiepiscoporum Salisburgensium, & Coëpiscoporum, Frisingensium, Ratisponensium, Patauensium, ac Brixinensium

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Catalogvs Episcoporum Salisbvr gensium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13553

140021



CATALOGVS EPISCOPORVM SALISBURGENSIVM.



SALISBURGVM, ROMANORVM OLIM COLONIA erat, & Iuuaium † inde dicebatur, quod Romani contra Germanorum incurfiones, in faucibus Montium, Arcem ibi munitissimam extrui curauerant, ad quam Milites atque Satellites refugium & iuuamē haberent, vnde & Castrum hoc Germanicè Helffenburg appellabatur : aut quod fluius præterfluens Iuuaius, dictus hodie Salza aeci & ciuitati ibidem conditæ nomen dedisse à quibusdam putatur.

VIDOMARVS Rex Ostrogothorum, vnà cum Gothis, † Herulis, Turogis, & aliis tunc adhuc gentilibus Germanorū nationibus, Noricorum incurfans prouincias (quod D. Seuerinus ex diuina prædixerat inspiratione, adeoque Iuuaienses ex Pathauia, vbi tunc erat, serio admonuerat, vt illinc quàm celerrimè aufugerent, & suæ consulere salutem) Iuuaienses ea negligentes & omnino contemnentes, inopinatos opprimis, capta, direpta, & incensa vrbe, populum captiuum abducit, Pontificem eius loci † in crucem agit, amplius Lv. cum ipso Symmystas contrucidat, & è rupium cauernis, quo fugerant, sicuti adhuc ibidem monstratur, præcipitat : Qui omnes humati esse referuntur in æde D. Amandi, quæ nunc est D. Margaritæ. Hoc autem factum esse, Anno Domini 476. ex Eugippio in historia S. Seuerini, refert Ioann. Auent. lib. 2. Annaliū Bauariæ

S. RUPERTVS I. EPISCOPVS.



EX PVLSIS autem postea, per Theodonem primum, ac Theodonem secundum, Magnum dictum, Duces Boiorum, ex tota Boiaria Romanis, instauratum est Iuuaium, quod à Salis prouentu Salisburgium, sicut & fluium alluentem, Iuuarum antea dictum, Salzam, vocarunt. Postquam autem Theodo eius nominis tertius Reginotrudam, Theodoperi Francorum Regis filiam, Vxorem duxit, vtriusque suasu & instictu D. Rupertum, ex regali familia oriundum, Wormatiæ tunc Episcopum, ad se Ratisponam, vt se ac suos in fide Christiana instrueret, vocauit. Erat Rupertus vir omni virtutum laude cumulatissimus, raræque pietatis & Sanctitatis exemplo maximè conspicuus, ita vt multos ea, qua florebat apud omnes, morum vitæque sanctitate pariter & sermonum grauitate ad fidem Christianam conuerteret. Venientem illum vnà cum duodecim sociis, iussu Theodoperi Regis Soceri sui, Theodo benignissimè excepit, eundemque vnà cum suis Subditis auidissimè audiuit.

PRIMUM igitur, DE I Opt. Max. benignitate aspirante, Dux Theodo cum filio Theodoperi, & alijs Reginoburgij, aqua cœlesti illustratus est; deinde D. Rupertus, accepta licentia, Euangelium Christi in tota prouincia liberè annuntiandi,

tiandi, in Danubio nauibus delatus, Laureacum peruenit; Inde per Noricum Vtinum (nunc Ortingam) perrexit, vbi Vttonem Ducem, postea Pisonij, quæ ciuitas Germaniæ nunc Potzn dicta, Dietpoldum Ducem, fratres Theodonis †, vnâ cum aliis innumerabilibus, sacro lauacro abluit; Hinc Boiorum Apostolus dici meruit. Vtini tum, atque Reginoburgij, in honorem Dei, eiusq; gloriosæ genitricis, iuxta Principum prætoria, templa sunt extructa, & à S. Rudperto dedicata: Vtrumque adhuc vetus Capella appellatur. Post hoc per omnes Boiorum regiones, sacræ ædes passim ædificatæ à S. Ruperto & eius Sociis dedicatæ, vt Welteburgij ad Danubium supra Reginoburgium & alia, D. Rudperto petente ac monstrante. Dux Theodo Pontificiam sedem, primò prope Lacum Valerium, apud Nariscos, vbi Phischam Amnem effundit in pago Atergeu, extruxit, vectigalibus & redditibus dotauit: Sed cum D. Rudpertus Iuuauium Cathedrali sedi magis idoneum iudicaret, Theodo Dux oppidum illud cum castro superiori, terminis ac finibus suis gratitudinis ergò liberè donauit: Pontificia sede eò translata, duo ibi templa dedicata sunt: Alterum beato Petro, Apostolorum Principi pro viris: Alterum in editiore parte Montis subtus arcem, pro sacratissimis Virginibus, quod Nunberg vocant, à Ducibus liberalissimè dotata; Collegio Virginum præfecit S. Rupertus Erntrudim, Sororem suam, quæ in monumentis Salisburgensibus aliàs ipsius Neptis vocatur. Theodopertus prædicti Theodonis fundatoris filius dedit Ecclesiæ Salisburgen. villam Titamaningam, circa Annum 582. (testatur Arno Episcopus †, qui tempore Caroli Magni vixit) Episcopatu & Ecclesiæ S. Petri ipse S. Rupertus pluribus annis sanctissimè atq; vtilissimè præfuit. In numero annorum, tam circa D. Rupertum quàm sequentes Episcopos, vsque ad D. Virgilium, Chronica Salisburgensia minimè conueniunt: Alij enim D. Rupertum 42. alij 44. alij 64. annis præfuisse ponunt: Hoc constat, ipsum plenum dierum, cum sacro die Paschæ officium diuinum peregisset, inter precandum Deo spiritum reddidisse, Anno secundùm aliquos f. 623. † sepultum in Ecclesia S. Petri, vnâ cum sociis, quorum nomina ponit Ioan. Auent. in Annalibus libro tertio, vbi plura de hac re: Ibidem etiam Theodo Dux vnâ cum vxore dicitur terræ commendatus esse.

2. **VITALIS**, vnus ex sociis D. Rudperti, eiusq; Successor, quem sibi moriens ille successerat, primus Abbas Cœnobij S. Petri, factus est Episcopus Iuuauiensis. Nam legitima sedes Episcopalis diu permansit apud Monasterium S. Petri. Fuit Vitalis homo sanctissimus, qui multis claruit miraculis, & Episcopatu magna cum laude præfuit, per Annos 22. sepultus apud S. Petrum. Ex huius corde dicunt excreuisse liliam per lapidem Marmoreum tumulo impostum, per quod cordis ipsius puritas, ab omni terrena pollutione libera, procul dubio fuit significata.

DE SUCCESSORIBVS beati Vitalis vsq; ad tempus beati Virgilij, propter Barbariam illius ætatis, & incuriam scriptorum, anni ac tempora non sunt benè distincta: Hi tamen omnes ad S. Petrum ante sumum Altare, vel circa sunt sepulti. In Chronicis verò illius Monasterij, leguntur hi quinque Abbates, Iuuauicsem rexisse Episcopatu: Ansolocus, Sauolus, Ezius, Bertricus, aliàs Flobargifus, & Amilon.

3. **ANSOLOGVS**, S. Petri Abbas, electus est Episcopus Iuuauiensium, & præfuit Ecclesiæ 28. annis.

4. **SAVOLVS**, Abbas S. Petri, postea Anno 678. factus Episcopus, rexit Ecclesiam annis 14. sepultus est in Templo sancti Petri, imperante Iustiano, filio Constantini quarti.

5. **EZIVS**, Abbas S. Petri, Anno Christi 696. creatus Episcopus, præfuit Episcopatu annis 25. sepultus est in Templo sancti Petri, imperante Leone secundo.

FLO.

FLOBARGISVS, Abbas S. Petri, Anno Christi 721. † factus Episcopus, præfuit Ecclesiæ annis 43. tempore Gregorij Papæ tertij, & Leonistertij, cum Constantino filio, sepultus ad S. Petrum.

IOANNES, huius nominis primus, Abbas S. Petri, factus est Episcopus, fuit doctrinæ & morum sanctitate insignis, præfuit Ecclesiæ annis 20. aliàs 21. sepultus ad sanctum Petrum. His temporibus ex mandato Zachariæ Pontificis, sanctus Bonifacius, Episcopus Moguntinen. distribuit Episcopatus †, Erimbert, fratri sancti Corbiniani, Ecclesiam Frisingensem, Garibaldo Ratisponensem, Burckhardo Herbipolensem, Bilibaldo Aichstetensem, & Ioanni huic Salisburgensem; qui (scilicet S. Bonifacius) & Fuldense Monasterium fundavit, postea a Phrisiis Martyrio coronatus.

B. VIRGILIVS †, natione Hibernicus, ex Nobili progenie ortus, à Stephano Papa, & Pipino Rege Francorum, ad administrationem Episcopatus Iuuauiensis destinatus est; sed à Rege per duos ferè integros annos, propter eximiam eruditionem & sanctimoniam vitæ retentus est; postea verò honorificè ad Otilonem, Boiorum tum temporis Ducem dimissus, ab eo Episcopatum accepit. Dissimulata autem consecratione, penè duorum annorum spacio, Pontificem secum habuit proprium **DOB DAN** nomine, Græcum, qui ipsum secutus erat ex Patria: Is interim ipsius munereungebatur. Postulantibus deinde subditis, Boiisque Pontificibus consecratus est, Anno Christi 767. 17. Calendas Iulij. Græco autem illi Magistro & Sacerdoti Dobdan tradidit Otilo sedem Chiemensem †, vbi aperuit ille Scholam, & Agmina discipulorum quam plurima habuit, Anno Christi 767. D. Virgilius fundamenta Templi augustissimi amplitudine admiranda ponitur: Totum illud Templum intra annos 12. absolutum, & anno 13. dedicatum est in honorem D. Rudperti, in quo sedem Episcopalem constituit. Eodem anno beatus Virgilius ossa D. Rudperti transtulit ab Ecclesia S. Petri, atque in summo Templo collocavit, vna cum duobus eius Symmytis, Chunaldo & Gissario. Eo autem tempore, quo Templum D. Virgilius condere coepit, coniecit pecuniam seu mercedem in peluim, ex qua nemo operariorum plus accipere valuit, quam quantum labore meruisset. Idem B. Virgilius tempore Tassilonis, Ducis Bauariæ, Carenthanos ad Christi fidem conuersisse scribitur, illisque dedisse Episcopum nomine Modestum à se consecratum in loco Liburnia dicto.

PRÆFUIT autem beatus Virgilius dignitati Episcopali annis 30. & viuis excessit cum magno suorum mœrore, Anno Christi 784. aliàs 785. quinto Calend. Decembris; tumulatus est in Templo, quod ipse extruxit ante altare.

BERTRICVS, Abbas sancti Petri, Successor D. Virgilij, per vnum duntaxat annum sedit: Hinc per aliquod temporis interuallum vacauit sedes Episcopalis, vsque ad Arnorem.

ARNO primus à Leone tertio Pontifice Maximo, ad instantiam Episcoporum Boiariæ, & cum consensu Caroli Magni, tum temporis Regis Francorum & Longobardorum, & Patricij Romanorum, factus Archiepiscopus, Pallium impetrauit. De hoc diploma extat, cuius Tenor sequitur: Fuit hic Arno Tassiloni tertio, Boiorum Duci, plurimum acceptus & gratus, & ab ipso in legatione contra Carolum Magnum, tunc Francorum Regem, ad Summum Pontificem missus, at re infecta reuersus: Exacto autem ex Ducatu, per Carolum, Francorum Regem, Thassilone cum Theodone filio, Anno secundum Annales Patauienses 792. † Regi insinuatus, magna apud ipsum valuit autoritate; Annunciauit enim Christum Boiis, Hunnis & Sclauis, quibus etiam Episcopum dedit Theodoricum à se consecratum, Sub eo insuper iussu Caroli Magni celebrata

III. brata est Synodus Salisburgi, circa annum 806. & septimum super decimis ac redditibus Ecclesiasticis, cui perfolui, ac quomodo diuidi debeant; de quo Auentinus eodem libro, folio 356. Idem Archiepiscopus, auxilio Chunonis de Gutfad, uuluum, Albm dictum duobus meatibus per Munichberg introduxit ad ciuitatem Salisburgensem. Rexit annis 38. alias 36. mortuus Año Christi 821. 9. Calendas Februarij. Hic quoq; numerus non satis quidem conuenire uidetur eum eo, quod apud Bertericum Antecessorem annotatum est, post illius nimirum mortem, aliquo temporis interuallo vacasse Ecclesiam: Atqui propter temporis antiquitatem, & scriptorum penuriam, de annorum numero non potest penitus exacta ratio reddi, ut etiam supra dictum est.

FUIT AUTEM hic Arno maxime pius & deuotus, ita ut in omnibus literis sibi à Summo Pontifice missis sanctissimus appellaretur, tumulatus est in summo Templo ante Altare D. Mariæ Magdalena.

SEQUITUR DIPLOMA LEONIS.

Ita habent exempla. rra Salzb- burgensia, quæ tamen uidentur corrupta ac male congrua: Ego puto ista legendum ibi Brixinensis Arno Ecclesia Frisingensis, Adaluuino Ecclesia Reginensis &c. Antographum ipsum uidentum esse, &c. Vid. Felser. Boic. rar. VI. ad ann. 798.

DILECTISSIMIS nobis Alim Ecclesiæ Sabionensis, qui nunc Brixinensis seu Attoni Ecclesiæ Frisingiæ, ac simul Ecclesiæ Reginensis; nec non Walterico Ecclesiæ Patauiensis, & Symberto Ecclesiæ Nivvenburgensis, prouincia Baioariorum Episcopis, LEO seruus seruorum Dei: Dilectionis uestræ, quas nobis petitorias emisistis syllabas libenti suscepimus animo, in quibus ferebatur, ut in prouincia uestra Baioariorum Archiepiscopum ordinarem, quo Prouincia ipsa mirificè à filio nostro Domino Carolo, excellentissimo Rege Francorum & Longobardorum, & Patricio Romanorum, penitus ex omni parte, sicut decuit, ordinata est. Idcirco conuenit, nos ipsos nempe Ecclesiastico moderamine in sacro ordine fideliter atque spiritualiter secundum censuram, Canonicam, ipsam ordinare Baioariorum prouinciã: Et quia, Deo auspice, reperiens uirum Almificum, & in scripturis diuinis peritissimum, & in omnibus misericordissimum spiritualibus moribus comprobatum, vnâ cum consensu & uoluntate prædicti filij nostri, Domini Caroli, præcellentissimi Regis, uobis ordinauimus, secundum sanctiones Patrum Archiepiscopum, uidelicet Arnonem, Ecclesiæ Iuuuuiensium, quæ & Petena nuncupatur, quæ in honore B. Petri, Principis Apostolorum, uenerabiliter est consecrata, ibique requiescit corpus sacri Pontificis Rudperti, vnâ cum uenerabilibus suis Sodalibus, scilicet Chunaldo & Giflario, quorum corpora ibidem à fidelibus honorantur; Quod dudum noster fuit Coepiscopus, nunc autem frater & Coepiscopus noster, uester autem Archiepiscopus, & uenerabilem sedem eius Metropolitanam habentes, ad quam sancto Arnoni, Archiepiscopo uestro, usum Pallij tribuentes dedimus in mandatis ut secundum Canonicas institutiones, omnibus Ecclesiis superius nominatis, in Diocesis illi subiectis, Canonicè ualeat aduinculum impartiri, ut in futuro examine ante tribunal Christi liberaliter ualeat audire: Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui: Bene ualere. Anno tertio, atque Domini Caroli, excellentissimi Domini Regis Francorum & Longobardorum, & Patricij Romanorum, à quo cepit Italiam, Anno 25. Indictione sexta. Explicit Bulla, sequitur quædam annorum declaratio, &c. Annus Leonis tertius, ac Caroli Regis 25. &c. fuit Annus 798. à quo etiam Annales Patauiensis non discrepant his uerbis, Anno 796. LEO Papa sedit, hic Arnonem Iuuuuiensem Pallio sublimauit, scilicet tempore sui regiminis, non statim eo ipso anno, quo Leo præfectus est; Catalogus autem Episcoporum iisdem Annalibus annexus aliter habet nempe quod Anno 805. Vroolphus Archiepiscopus Laureaciæ Patauia sederit

vno Anno & Mensib. tribus, & post hunc Vrolphum Archiepiscopum, Arno Iuuauensis Episcopus à Leone Papa cæcato Pallium impetrauit. Auentinus lib. 4 fol. 340. sequitur superiorem numerum, Anni 798. quod ego verius puto, & Annalibus, tanquam vetustiori scripturæ, plus credendum, quàm Catalogo. vt apparet recentiori, præsertim cum anni diplomatis Leonis tertij cum illo numero conueniant, &c.

AMMILONIVS aliàs Ammilon, Abbas S. Petri, secundus Archiepiscopus Iuuauensis, vix selqui Annum præfuit; sepultus ad S. Petrum: His temporibus Hymnus ille: Gloria laus & honor, in die Palmarum fuit decantatus, regnante Ludouico Pio, Caroli Magni filio. 11.

ADALRAMVS, pietate & doctrina clarissimus, Archidiaconus Ecclesiæ Iuuauensis, Pallium & consecrationem accepit ab Eugenio Papa, præsentibus Lothario, filio Caroli Magni, Anno Christi 824. Inter cætera innumera beneficia, quibus rempub. Christianam affecit iste Adalramus, illud quoque est, quod quemadmodum ante ipsum Arno Theodoricum, ita ille Ottonem Selaorum, seu Charantanorum constituit Episcopum, remque ita diuinam promouit, præfuit Episcopatu Annis 12. obiit 2. Maij, Anno 836. sepultus in summo Templo in Crypta, retro altare S. Erasmi. Auent. lib. 4. fol. 397. 12.

LIVPRAMVS, Archiepiscopus venerabilis, Anno salutis 836. accepit Pallium à Gregorio quarto: Huius Anno decimo Templum diui Rüdperci igne periit, Anno 851. Romam profectus, à Leone quarto corpus S. Hermetis impetrauit, quod Iuuauium intulit, & honorificè sepeliuit, obiit Anno 858. cum rexisset Ecclesiam Annis 22. sepultus est in Crypta retro altare S. Erasmi: Et ab ipso Osvaldus Charantanis Episcopus præfectus est. 13.

ADALBINVS, Successor Liuprami, qui ipsum enutrierat, donatus Pallio à Nicolao Pont. Romano, Anno 859. 2. Calend. Octobris; cuius Anno tertio Ludouicus, Filius Lotharij Imperatoris, Rex Romanorum, Iuuatij Festum S. Martini similiter & Paschæ magna solennitate celebrat. Carolomannus, filius Ludouici, Regis Boiorum, à Patre Charino limiti præfectus, Mospurgium Arcem construit, vbi templum hic Adalvinius dedicauit. Auent. lib. 4. fol. 423. Hic quoque Adalbinus interfuit Synodo Colonienfi, per Ludouicum Boiorum Regem congregatæ, Anno Domini 871. iux. Auent. lib. 4. fol. 433. 14.

IDEM ADALBINVS corpora Sanctorum, Crispini, Crispiniani, Crisanti, Mauri & Dariæ Virginis, Roma Iuuauium intulit, rexit Ecclesiam Annis 12. mortuus est Anno Christi 872. sepultus in Crypta Chori retro altare S. Erasmi. Sub hoc cessarunt Episcopi Charantanorum, qui sedem Episcopalem non habebant, neque distinctas Parochias; Hinc crebræ dissensiones inter ipsos & Metropolitanum: Vnde Episcopo Osualdo defuncto, nullus est substitutus; sed Adalbinus ipsemet suscepit eius gentis curam &c.

ADALBERTVS electus in Archiepiscopum, Anno 873. honoratus Pallio ab Hadriano secundo Pontifice, præfuit Annis octo, mortuus est Anno Christi 880. tempore Ioannis octauis, & Caroli secundi, sepultus in Crypta retro altare sancti Erasmi. Pabo quidam à Carinthia per Carolomannum eiectus, confedit Salisburgi. 15.

DIETMARVS, siue Theodomarus †, huius nominis primus, factus Archiepiscopus, Anno 881. Sed Auent. lib. 4. fol. 439. hunc à Ludouico Rege Boiorum Argentorati in demortui Adalvini locum Archiepiscopi, declaratum esse ponit nulla Adalberti facta mentione. Hic Theodomarus à Carolomanno Rege Boiaræ & Italiæ, Carolo fratri adiunctus, cū ipso in Italiam sibi à fratre destinatum profectus est: Ea post occupata, à Ioanne octauo Sumo Pont. Carolus ille 16.

ille Romanorū Imperator declaratur, Anno 879. dictus Carolus Crassus, Auent. lib. 4. fol. 448. Hic Theodomarus ossa S. Vincentij Iuuauū apportauit, Auet. ibid.

FUIT hic Theodomarus Archiepiscopus Ludouico Regi Rom. post obitū Patris Arnulphi Imperatoris; adhuc septenni in Magistrum Epistolarū, hoc est, vt nunc vocant, in Cancellariū constitutus, Anō Domini 900. secundum Auentin. lib. 4. fol. 475. Interfuit expeditioni contra Vngaros per Ludouicum Regē susceptæ, Anno 907. (Auent. fol. 480.) vnā cum Othone Frisingensi, & Zacharia Brixinensi, Episcopis, quos quidam ibi cæsos ac sepultos scribunt, cuius Auentinus non meminit; Rexit verò hic Theodomarus, secundum aliquos, annis 18.

17. **P**ILGRINVS, huius nominis primus, electus Archiepiscopus est, sub Stephano Papa, regnante Carolo tertio, præfuit annis 16. obit Anno 915. alias 916. sepulcus est in Crypta retro altare sancti Erasmi. Ita habet Chronica Salzb. O. burgen. sed numerus annorum, cum Papa Stephano †, siue quinto, siue sexto, & cum Carolo tertio malè conuenit.

18. **L**VDEPERTVS, factus Archiepiscopus sub Sergio tertio, Pont. Summo, & Ludouico tertio, Anno 915. præfuit annis 10. sepultus est in Crypta retro altare sancti Erasmi. Numerus annorum non omnino conuenit, neque cum P. Sergio Pontifice, qui Anno 913. † vel 914. obierat, neque cum Ludouico tertio, qui Anno 911. secundum alios 913. obierat.

19. **V**DELBERTVS, electus est Archiepiscopus sub Ioanne decimo, Pont. Max. & Heinrico Aucupe Imperat. Anno 925. Eodem anno idem Vdebertus electus est Episcopus Augustanus, præfuit annis 9. Hunc Auentinus lib. 4. fol. 487. Hyldebertum vocat, atque interfuisse Conuentui Dingelsingij, per Arnoldum Ducem Bauariæ habito †, commemorat.

20. **E**GLOLFVS, factus Archiepiscopus, tempore Leonis septimi, Imperatoris Heinrico, Duce Saxonum, Anno 937. præfuit annis 6. sepultus est infra Chorum in Crypta. Extat ad hunc Egilolphum ac ceteros Bauariæ Episcopos f. Epistola Leonis septimi Sum. Pont. † qua iubet, eos Gerardo Laureacensi Archiepiscopo, tanquam ipsorum Metropolitanō obedientēs esse. Cuius meminit Auent. lib. 4. fol. 490. &c. vide apud Gerardum, &c.

21. **H**EROLFVS, Comes de Scheurn, factus Archiepiscopus, Anno 943. imperante Ottone primo, filio Heinrici Aucupis; per hunc Præsulem corpus sancti Martini Iuuauū deuenit hac occasione: Otto Imperator in Hispaniam cum magno apparatu profectus, Turonorum ciuitatem hospitij gratia ingressus, per aliquot dies ibi comoratus, corpus beati Martini auro & argento latenter comparauit; corruptis enim custodibus, iisq; datis, quæ pepigit, recepit Sancti corpus, idq; furtim in Patriam festinus deportauit, & Herolfo, cui maxime fidebat, asseruandum commendauit, donec reposeret; Episcopus lætus accipit, Iuuauū transfert, & Cryptam, in quam illud abscondit, nomini eius consecrat: modico post tempore Episcopus vocatus ab Ottone, & de deposito interpellatus, respondit, se illud in locum abscondisse, vnde amoueri non possit; Otto irascitur; Episcopus aufugit, tunc Henricus Dux, frater Imperatoris, illum per viasq; milites, qui & ipsi inimici Episcopi erant, captum excæcauit † prope Muldorf: Ipse Dux eodem anno moritur, sic neq; ille corpus sancti Martini reddidit, neq; Imperator recuperauit. Iste Herolfus ab officio remotus est in Concilio Rauenne, à Pont. Iohanne duodecimo, ob temerariam insolentiam celebrandi rem diuinam, & vtendi pallio post excæcationem; præterea quod prædia Ecclesiæ abalienauerat, & Ecclesiæ Thesauros paganis tribuerat. Hoc factum est præsentibus Ottone & 59. Pontificibus, Præfuit hic Herolfus annis 19. sepultus retro altare sancti Erasmi in Crypta. Auentinus in Annalibus longe aliter lib. 5. fol. 499. scribit,

*Arnolphi
Mali filii
fuisse hunc
Herolfum
scribit La-
zus de
migrat.
gent. libr.
7. sed
quam ve-
rè, ipse
videt.*

bit, nempe quod ob pallij item cum Pataviensi ab Imperatore perfide descivie-
rit, contra legem Salicam, Vngaros in Imperatorem concitavit, ideoq; à Summo
Pont. Agapeto excommunicatus, deinde captus & excæcatus sit: Leo enim septi-
mus Summus Pontifex, Gerardo Pataviensi Episcopo Pallium concesserat, cui
cum Egololphus atq; Herolphus hic, Salisburgen. Episcopi; sese opponerent, A-
gapitus ꝑ secundus concordat ac dirimit hanc contentionem, separando pro-
vincias Noricæ regionis, ita ut vterq; in sua provincia esset Archiepiscopus, iuxta
diploma eiusdem Agapiti, quod Pataviæ extat, & apud Lazium de Repub. Ro-
man. libro. 12. fol. 1256. cuius Auentinus quoq; meminit lib. 5. fol. 495. Anna-
liū. Benedictus quintus ꝑ postea Fridericum, successorem Herolphi, rursum Ar-
chiepiscopū; E contra Benedictus sextus Piligrinum Pataviens. Archiepiscopum
declarat, & à Salisburgenfi Imperio soluit; extant de hac re diplomata, quorū et-
iam Auct. meminit lib. 4. fol. 490. ac lib. 5. fol. 502. licet longè diuersis verbis, &c.

FRIDERICVS ꝑ huius nominis primus ex familia Comitum in Chiemgevv, X.
factus Archiepiscopus Anno Christi 956. Iste consecrauit S. Wolffgangum in 22.
Episcopum Ratisponensem. Otto Magnus seu primus, Imperator, dedit huic
Episcopo, cuius Frater Comes erat Sighardus, &c. & Ecclesiæ Salisburgenfi,
propter amorem Dei, Villam Grabmstat, sitam in Kiemgevv, in Comitatu seu
Ditione trium Comitum, nomine Odoacri, Sighardi, & Wilhelmi, cum perti-
nentis; Item Ecclesiam S. Ioannis, & omnem decimam in Müesepach, cum
aliis: Datum huius donationis Romæ Anno 958. Præfuit Annis 33. sepultus in
Sacello S. Gregorij, aliàs ante S. Andreæ Altare. Otto Imperator Anno 963.
cum magna solennitate Salisburgæ pascha celebrauit. Titus Præpositus S. Ru-
perti, sic Monachus, & eodem Anno Abbas S. Petri.

HARTWICVS Comes à Spanheim & Artenburg, aliàs Lauental, electus 23.
est Archiepiscopus, 6. Idus Nouembris, Anno 990. claruit multis miracu-
lis, & habetur pro Sancto. De eo ferunt, quod, cum in Plüenbach pergens, rami-
num aridum, casu de arbore carpsisset, statim in eius manu floruerit, vnde ad-
huc loco nomen Plüenbach superest. Sepeliit idem Diuum Wolffgangum apud
S. Emeranum Ratisponæ: Idem S. Martinū titulo edoctus inuenit, cumque D.
Ruperto in vrna argentea auro vestita coniunxit. Rexit Annis 32. mortuus est
Anno 1023. sepultus in Sacello D. Gregorij.

NYNBERG, Monasterium Monialium, Imperator Heinricus sanctus eiusq;
coniunx S. Chunegundis reficiunt, ac in eum locum, in quo nunc est, quasi de
nouo construunt, ac fundant, quod prius erat inferius in Cella Presbyterorum.

GVNTHERVVS, diui Heinrici Cesaris Cancellarius, electus est Archiepisco- 24.
pus sub Benedicto Nono, forte 8. Nam Benedictus nonus Anno 1033. secun-
dum Iohan. Lucidum in libro de emendatione temporum factus est Pont. Max.
præfuit laudabiliter Annis quatuor, sepultus in Crypta retro Altare S. Erasmi.

DIETMARVS secundus, electus Archiepiscopus sub Conrado, secundo 25.
Imperatore, Anno 1027. præfuit optimè Annis 16. sepultus in Sacello S. Auent. lib.
Gregorij prope D. Hartviciem, &c. 5. fol. 518.

WALDWINVS à Diethmaro educatus, factus Archiepiscopus sub Hein- 26.
rico tertio Anno 1042. præfuit Annis 20. sepultus est in Crypta retro alta-
re S. Erasmi. Auent. fol. 545. Baldingum vocat, & 518. Baldouinum.

GBHARDVS, natus ex Nobili familia Sueuorum Comitū de Helffenstein, 27.
secundum aliquos, Patre Chadoldo ꝑ, Matre Azala, Anno 1061. factus Ar-
chiepiscopus, per Heinricū 4. cuius scriba fuit (teste Auent. fol. 545.) sub Alexan-
dro secundo Summo Pontifice. Idem Anno 1073. 2. Maij, Gurcensem dedicauit
ædem, in Carinthia, vbi antea erat Cœnobium sanctarū virginū, & constituens in
ea sedem Episcopalem, Guntherum Episcopum ordinauit. Genealogia istorum

Comitū scripta, quam vidi, habet Patrem Wernherū, Matrem Attalam de Styra.

*Auent. lib.
5. fol. 552.*

ANNO 1075. ob reuerentiam Deiparæ Virginis, D. Blasij Cœnobium Admontense in Styria fundauit, auspiciis Hemmæ, quæ Vxor fuit Comitis Wilhelmi in Friesach & Zeltschach, in vulgari Chronica Salisburgensi Hemma nominatur, Comitissa in Friesach. Iohan. Auent. autem in sua vulgari translatione ponit, Hemmam natam fuisse ex Comitibus de Ratzenhouen & Abensperg, ipsamq; in Gurch instituisse Cœnobium Monialiū, & ibidem sepultam esse. Chronica seu fundatio Admonten. Monasterij habet foundationem Anno 1074. factā, eodemq; anno dedicatam, ordinationis seu Pontificatus sui Anno 15. Gebhardus hic Admuntensi Monasterio Arnoldum quendam Monachum S. Petri praefecit, construxit quoque idem Gebhardus tres munitas Arces, vnam Iuuauij, aliam in Werffen, tertiam in Frisiaco oppido Carenthania.

SUB huius Regimine, Henricus quartus Cæsar excommunicatus fuit à Gregorio septimo, à quo Pontifice Gebhardus propter fidem, quam illi tanquā vero Romano Pontifici seruauit, remuneratus est iure & titulo legationis super omnes Ecclesias Regni Theutonici, vt diceretur Legatus natus, qui postea ad omnes successores hereditario quodam iure deuolutus est. Fuerunt tum temporis maximi motus in Germania & turbulentissima tempora, propter schisma inter Regnū & Sacerdotiū, Ita vt ob cæterorū potentia in toto regno Germaniæ, Pontificiæ partis vix quinq; Episcopi, iste nimirū Gebhardus, Almannus Patavienensis, Adelbero Herbipolenensis, Hermannus Metensis & Meginhardus Frisingensis, reperti sint. Pulsus deinde Gebhardus in exilium est ab Henrico Imperatore, & partim in Saxonia, partim in Sueuia delituit; Interim magna Hungariæ pars, quæ ad Episcopatū Iuuauensem pertinebat, est ab alienata vsq; in hodiernū diē; Nam antea fines diœcesis Salisburgensis erant, vbi Drauus influit Sauū.

*Auent. fol.
189.*

HEINRICVS Imperator Berchtoldum suæ partis Socium Episcopum constituit, qui putatur fuisse Comes de Mospurg, Frater nobilissimi Comitis Conradi, vt habet vita S. Conradi, Archiepiscopi Salisburgen. 29. quæ extat in Monasterio Raitenhaslach, in libro sepulturarum. Idem Iohan. Auent. lib. 5. Annalium fol. 588. dicit, hunc Berchtoldum fratrem fuisse Burckhardi, Comitis Mospurgen. Hic Berchtoldus Thesaurum Ecclesiæ ingentem dissipauerat, donec post Annos nouem Gebhardus in antiquam possessionem est restitutus, Soror huius Gebhardi Diethpurgis cum suo Marito Bernharde Comite de Plain fundauit Monasterium Canonicorum regularium in Reicherpsperg, quo etiam tempore instituti sunt Monachi in Melico & in Gotvich.

Z. SUB id tempus † diploma diuulgatum est, Archiepiscopum Iuuauensem ius habere creandi Episcopum Gurcensem, creatumq; Episcopum regalia à Iuuauensi accipere oportere. Anno 1090. ipse Gebhardus transegit vitam in Arce Werffen, quam condidit, postquam rexisset Ecclesiam Annis 29. mortuus ibidem Anno 1091. sepultus in Monasterio Admontensi. Liber antiquissimus Admuntensis habet eum obiisse Anno 1088. Transactis ab ordinatione sua Annis 27. Mensib. 10. 17. Calen. Iulij translatum in Monasterium suum Admuntense, hunc à Sancto Ruperto fuisse 26. ab Arnone primo eiusdem sedis Archiepiscopo 16. de eo vide etiam Auent. fol. 584.

28. THIE MO, seu Diethmarus, ex Nobili Boiorum sanguine prognatus, prima ætate in inferiori Altach operam literis dedit, postea educatus in Hirschaugien Monasterio factus est Abbas S. Petri Iuuauia.

HUNC Thiemonem cognatum suum Conradus Comes Medlingensis in Ba-uaria, iam antea contra Berchtoldum conatus est Episcopum Salisburgensem, facere; Verum iuxta Saldorff in Norico, agroq; Salisburgensi Berchtoldus Thiemonis

monis copias fudit, & Conradum Comitem illum Medlingensem aduocatum Iuuauenſium vnâ cum fratre, pluribusque aliis, occidit. Diethmarus vel Thiemmo captus à Starkhando & Verigando fratribus, atque à Poppone, Charionum Præfectis, in vincula conicitur (Auentinus fol. 588.) qui demum, post mortem Gebhardi, ad Archiepiscopatum postulatus & confirmatus est ab Urbano ſecundo Pont. Romano, à quo & Pallium accepit. Iſte Thiemmo Sacellum rotundum in porta Templi Nunnbergenſis conſecrauit, deinde profectus cum multis alijs Comitibus & Viris nobilibus, ad recuperandam terram ſanctam, quorum numerus ſerè ſexcentorū millium fuit, captus à Turcis, ac post omnium membrorum truncationem, viſo corde proprio, apud Corozaim Martyrio coronatus est Anno 1101. †

CONRADVS Baro de Abensperg, eligitur Episcopus Anno 1106. Eodem Anno 12. Calend. Nouembris confirmatur à Pont. Romano Paſchali 2. & Pallio honoratur, communem vitam Canonicorum regularium S. Auguſtini Iuuauia inſtituit, quorum erant numero 24. à qua hoc noſtro ſeculo, operâ Matthæi Langi, eiufdem Eccleſiæ Archiepiscopi & Cardinalis, ſoluti ſunt Canonici, quàm bene notat alibi Abbas Trithemius in Hiſtoria Hyrſaugien. Monafterij, ſub Abbate Sigero 7. circa finem fol. 46.

Fvrr hic Conradus, Nepos Comitis Babonis de Abensperg, qui triginta duos filios legitime natos & filias octo ex duabus Vxoribus ſuſcepit, quos ad Heinricū ſanctum deduxit in Comitibus Ratiſponenſibus. Exhæredatus ille Conradus à ſuis fratribus conſegit in Aulam Heinrici quinti, à quo clementer acceptus, Iuuauem ab eo Eccleſiam gubernandam accepit. Auent. lib. 5. † fol. 593. hoc Heinrico 4. tribuit. Sed, quia tandem contra Caſarem cum Pontifice ſentiebat, pulſus fugit in Italiam. De pietate & Zelo huius Conradi erga ſedem Romanam, pro qua mortem minanti etiam iugulum lubens præbuit, ſcribit Otto Friſingenſis Episcopus lib. 7. cap. 14. Conſecratus per Paſchalem 2. S. Pont. post mortem Heinrici quarti (Auent. lib. 6. fol. 610.) Fundauit iſte Conradus Anno 1121. Monafterium ſanctarū Virginum ad D. Rupertum, quod deinceps Burckhardus Cardinalis, Archiepiscopus Salisburgenſis, voluntate Pontificis pij ſecundi, Anno 1462. mutauit, & ibi duodecim Presbyteros conſtituit. Fundauit idem Monafterium Raitenhaslach. Is quoq; Chiminum Templum, olim à Theſſalonia 2. Regulo Boiorum, D. Benedicte conditum, ab Vgris in egeſtatem redactū, Myſtis Auguſtinianis; Itidem Myſtis eiufdem ordinis iuxta eundem tractum, proxime Reichenhall D. Zenonis ad eum tradidit, & Lonſonem primum Præpoſitum ordinauit. Sub eiufdem Episcopatu Anno 1119. primus Iuuauenſis Eccleſiæ Præpoſitus, Hermannus moritur, ſuccedit Gebno, quo Anno 1130. deſuncto, ſubſtituitur Hugo in Præpoſitura, Anno 1143. Seccau Cœnobium Canonicorum Regularium conſtruitur. Hic Conradus Gurcenſi Episcopatu ſuam Diœceſim atq; illius terminos dedit. Rexit Eccleſiam Conradus Annis 42. moritur Anno 1147. † ſenex ac plenus dierum, Vir ſanctus ac pius, ſepultus eſt ante Altare D. Entrudis. Conſtruxit & hic Conradus Xenodochiū in Friefach, bonis ac redditibus dotauit, vt habet liber traditionum ac diplomatum Monafterij Admunten. ſine Anno, niſi forte ſit ſequens Conradus, de quo dubito.

BERHARDVS, natus ex nobili familia Comitum de Hilpoltſtein in Franconia, primò fuit Canonicus Bambergæ, vbi operam dedit Philoſophiæ; poſtea factus Monachus in Prūſenig prope Ratiſponam: Deinde creatus eſt Abbas Monafterij Biburgenſis, quod Monaſt. illius fratres auſpicis D. Ottonis Episcopi Bambergeniſis inſtituerant; tandem verò interuentu Gotfridi, Abbatis Admonteniſis, Archiepiscopus eſt electus, ſub Conrado 3. Rege Romanorum.

& al

Thiemmo
Martyr

aa.

29.

bb.

Auent. fol.

631.

cc.

30.

Auent. lib. 6. fol. 643. & ab Eugenio tertio Pontifice Maximo, pallio donatus est Anno 1147. fuit beneficus & amator pauperum, præfuit Annis 18. mortuus apud Rein vel Ramam Cœnobium Anno 1164. Sed cum debita pompa Iuuauium deportatus, & in summo Templo ante Altare omnium Sanctorum sub Angelo tumulatus: ad cuius sepulchrum, multa sunt facta diuinitus miracula. Pro illius ergo Canonizatione †, Burckhardus de Weispriach, Cardinalis & Archiepiscopus, adeo multum laborauit, vt omnia testium sufficientium examina in Consistorio Romæ sint producta; Sed morte præuento eodem Burckhardo, Anno Domini 1464. res mansit inexpedita. Hic Eberhardus in schismate, inter Alexandrum & Victorem electus est, vnâ cum Hartmanno Sabionensi, seu Brixinensi Episcopo. Soli hi duo Boiorum Episcopi partes Alexandri fouerunt, Auent. lib. 6. fol. 637. De hoc schismate & literis ad hunc Archiepiscopum per Fridericum I. Imperatorem & alios scriptis, & cur ad Synodum Papiensem non uenerit latè Radeuicus continuator Othonis Frisingensis libro I. de gestis Friderici circa finem.

cc. **CONRADVS** † secundus huius nominis, Episcopus Patauiensis ex generosa stirpe natus, Patre S. Leopoldo, Marchione Austriae, Matre Agnete, filia Heinrici quarti Imperatoris, fuit frater vterinus Conradi Regis Romanorum, Friderici verò Caesaris Patruus, Sororius autem Heinrici quinti Imperatoris, ac præfuit Ecclesiæ Patauiensi Annis 16. postea Anno 1164. tertio Calend. Iulij, Archiepiscopus Iuuauiensis factus, & ab Alexandro tertio pallio donatus. Fuit Vir doctus, probitate vitæ, & rerum cognitione clarissimus, & fratri suo Othoni, Episcopo Frisingensi, Historico insigni non dissimilis. Præfuit Archiepiscopatu Annis ferè V. mortuus Anno 1168. sepultus ante Altare S. Andreae. Sub eodem, Anno 1167. Ecclesia Iuuauiensis cum tota ferme ciuitate igne periit. Eadem calamitate Ratisponenses ac Frisingenses ciuitates perierunt, vt Otto Episcopus in vita Friderici primi refert. Othakher Marchio Styriæ, Eberhardus de Burckhausen, Sifridus de Libenoue, Luitholdus de Plain Comites obierunt, Liebenau Co. cessit Ecclesiæ Salisburgensi.

IMPERATOR Fridericus primus, curiam in Lauffen, seu Saltzburghouen habuit. Anno 1167. Ibi Ecclesiam Iuuauiensensem distrahit.

32. **ADALBERTVS** huius nominis secundus, filius Ladislai Regis Bohemorum, & Gertrudis Sororis Conradi sui præcessoris, electus est Archiepiscopus Anno 1168. ab Alexandro tertio Pont. Romano pallio donatus. Hic cum inter se discordarent pont. Max. & Fridericus Imperator, à Friderico, quod eius sententiæ subscribere noller, ex Episcopatu pulsus, ciuitatem Hallensem exussit, & Arcem Halmburg contra Imperatoris vim ædificauit. Auent. folio 645. aliam causam suæ depositionis ponit, nempe quod ab Vlrico Patriarcha Aquileien. contempto Moguntino consecratus fuerit. Rursum folio 646. narrat aliam causam, nempe quod in Vngaria à suppositio Legato in signe Archimystæ acceperat, &c. Eo exacto, Præpositus in Berchtersgaden, Henricus administravit Episcopatum, postea Venetijs Fridericus Imperator præfecit Conradum Comitem de Wittspach, Episcopum Moguntinensem Cardinalem †, qui Templi Iuuauien. conflagrati noua fundamenta iecit, hoc Elogio. Quarto decimo Calend. Martij Imper. Friderico Augusto & Henrico eius filio Casare, Ottone de Wittspach, inclito Boiorum Duce, &c. Depositus est per Fridericum I. eò quod noller iurare, super decreto Principum, quod sine consensu Romani Imperatoris nullus Pontifex eligeretur, vel reciperetur, Auent. ibi fol. 643. Vide eundem, fol. 654. vbi de graui eius contentione, cū Hermannō, Comite Orten-

Ortenburgen. electo Gurcensi, quem in Arce Strasburg obsedit, ad deditionem & abdicationem Gurcensis Episcopatus, ad quem sine suo consensu electus erat, coegit; factus est autem hic Otto, Dux Bauariæ, beneficio Friderici Imperatoris primi, exacto Heinrico, Duce Boiorum & Saxonie potentissimo, Anno 1180. Sed tandem utroque intruso cedente, consentiente & Pontifice, & Imperatore, restitutus est Adalbertus.

ANNO 1171. Vitalis, Virgilius, Hartvicius, Pontifices Iuuauien. & Pilegrinus Patauiensis, multis miraculis clarent. Hic Adalbertus deinde à suis capitur, ad fluuium Lamer, & per 14. dies in Arce Werfen detinetur: cuius rei indignitate factum est, ut res diuina, tam Iuuauij, quam in aliis vicinis Episcopatibus non perageretur; Eò dimisso cantatum est solenniter, Liberasti nos de afflictione, Anno 1197. Domina Elisabetha de Walchen, vna cum Marito suo, Vlrico de Freuntsparg, renunciârunt in manus Conradi Episcopi omni iuri, quod prætendebant in prædio, vulgo, *dem verbar Weittering* / *ic.* Rexit post restitutionem Annis 26. obiit Anno 1200. sepultus est coram Altari S. Andreæ.

FORTE hic est superior Conradus de Wiltspach, intrusus † per Fridericum I. sed Annus 1197. non quadrat. Reperio hunc Conradum, Archiepiscopum Salisburgen. in diplomate Frideri. I. quod Adalberto Episcopo Frisingensi dedit, super foro Veringen & ponte ibidem, de Anno 1180. cuius tenorem inuenies sub illo Episcopo Adalberto.

EBERHARDVS à *Zruchsen* † // secundus huius nominis Episcopus Brixienfis, *hh.*
fit Archiepiscopus Anno 1200. Berchtoldus Præpositus ab illo Romam ad Summum Pontificem pro Pallio mittitur, qui re infecta Romæ moritur, cui Bernhardus Præpositus Berchtesgadensis successit: subsequutus est ipse Eberhardus, & multo labore Pallium accepit ab Innocentio tertio; instituit idem tria Episcopia, Chiemenfe, Lauentinenfe & Seccouiense, ut postea dicitur.

EODEM tempore inimicitia exorta fuerant, inter Ludouicum Bauariæ Ducem, & Conradum Episcopum Ratisponensem, cui Eberhardus, ob clientelam & Parochiam Vtinensem cum Duce litigans, fuit confederatus; secutum est bellum inter ipsos, in quo multæ Arces dirutæ, tota Bauaria ferro, flammisque plurimum vastata, reliquæ Sanctorum abreptæ, & alia facinora inaudita sunt perpetrata: Postea Ludouicus Dux, & Episcopi reconciliati sunt Anno 1226.

SUB hoc tempore S. Kunigundis, † Imperatrix miraculis coruscans, ab Innocentio Pontifice canonizatur Bambergæ, inter multos alios Episcopos adfuit etiam hic Eberhardus.

Hoc quoque tempore, quinto Idus Augusti, Bernhardus Præpositus resignat Eberhardo Archiepiscopo Prælaturam apud Rastat; Et deinde Idus Septembris obiit, succedit Albertus Chiemenfis Præpositus, reuerso Eberhardo Ratispona 8. Idus Nouembris Iuuauia concremata est. Huic Eberhardo Henricus, olim Comes in Matray, tunc verò in Kasmundt, tradidit Arcem Matray cum omnibus pertinentiis, quæ ab Ecclesia Salisburgenfi in feudum tenebat. Confirmat Philippus Romanorum Rex Anno 1207. Berchtoldus Comes de Graispach, postea litem mouit in Camera Henrici Romanorum Regis Nurnbergæ, putans ad ipsum hæreditario iure pertinere Comitatum; sed absolutus est Episcopus ab impetitione ista per sententiam Anno 1224.

ANNO 1212. Albertus ob debilitatem resignat Præposituram; cui Otto succedit. Hic postea in Episcopum Gurcensem eligitur Anno 1214. Ab Eberhardo Archiepiscopo instituitur Episcopatus Chiemenfis, † sub Innocentio Papa tertio, & Rudigerus de Radeck fit primus Episcopus.

SYNOBUS ab Eberhardo celebrata fuit, cui interfuerunt Frisingensis, Pannoniensis, Gurcensis & Chiemensis, Episcopi; Ratisponensis propter seditionem suam ciuitatis interesse non poterat, ac misit suo loco Præpositum, Decanum & Scholasticum; in eo omnes Prælati alij absentes totius prouinciæ ab Archiepiscopo Iuuuensi sunt excommunicati, quam excommunicationem Honorius tertius Pontifex Romanus confirmauit.

ANNO 1217. Rex Hungariæ, item Bauariæ, Austræ ac Moraviæ Duces & Episcopus Salisburgen. coniunctis copiis, Palæstinam petière, profectus est vnâ Albertus, Præpositus Salisburgenfis, & Fridericus, Præpositus Berchtsgadensis, qui duo cum multis alijs perierunt in Nilo, cum exundantis naturam ignorarēt; Alberto Præposito succedit alter Albertus, eiusdē Ecclesiæ Custos & Canonicus.

COMES item de Plain Leutoldus, oppignoratis suis quibusdam prædijs, vnâ militatum iuit, qui percussus sagitta oculum amisit, & inter redeundum obiit Taruisij: Ossâ eius ab Eberhardo Iuuuense & Rudigero Chiemense, Episcopis in Hegelverdt sepulta sunt, à quibus etiam eadem die Monasterium consecratum est.

CRIPTA & Ara S. Iohannis à primo Secouien. Episcopo Carolo consecrata; capella & altare ad S. Hartvicum à primo Episcopo Chiemense Rudigero dedicata 7. Idus Septembris.

LVDOVICVS Dux cœpit ædificare munitionem Hallis in Monte, quod Grutte dicitur, quæ ab Eberhardo Episcopo, specie pacis, destructa est; hanc ob causam quicquid in Hall reddituum habuit, Altachenfis vendidit.

ANNO 1219. Eberhardus instituit Episcopatum Secouiensem, consentiente Honorio Pontifice, cui Carolus Præpositus Friescensis præficitur.

HEINRICVS Gurcensis Episcopus obiit, cui succedit Valscalus, eiusdem fani Sacerdos.

ANNO 1221. corpora Modesti & Viti, Sanctorum, quæ in æde S. Andrea in Lauent miraculis claruere, Eberhardo Archiepiscopo, Carolo Seccouienfis, & Rudigero Chiemense, Episcopis præsentibus, Iuuuam aucta sunt, cum magna solennitate & frequentia populi.

EODEM tempore idem Eberhardus instituit Episcopium apud S. Andream in Lauent, cui præfecit Vlicum Plebanum in Haus, qui postea Straubingæ, in nuptiis Ottonis, Ducis Bauariæ, præsentibus multis Principibus, ab Eberhardo Archiepiscopo consecratur, Anno 1223. in quo numero variant † Chronographi. Electus Brixienfis Episcopus, in festo Palmarum, Venetijs ab Eberhardo Archiepiscopo consecratur, præsentibus Magdeburgen. Archiepiscopo, & Duce Austriæ, qui ad occurrendum Imperatori Italiam intrauerant.

ANNO 1226. Vxor Heinrici Regis Rom. filij Friderici Imperatoris Aquigrani, dum multi Principes aderant, coronatur; adfuit & Eberhardus, qui in reditu Agrippinæ donatus est sacris reliquijs Virginum sanctarum, quæ S. Vrsulam secuta sunt.

HEINRICVS Comes de Mitterfil, & Leutoldus Comes de Plain, vterq; Comitatum suum, à Ludouico Duce Bauariæ in beneficium seu feudum habebant; post obitum amborum, sine masculis hæredibus, Ludouicus Dux prætendebat Comitatus illos ad se deuolutos; at commutatione facta cum Eberhardo Archiepiscopo cessit suo iuri, accipiens bona ac fundos Ecclesiæ in Altenburg, Anno 1228.

ANNO 1230. S. Pontifex & Imperator in gratiam redeunt arbitris Principibus Germaniæ, Patriarcha Aquilegenfi, Pontificibus Salisburgenfi & Ratisponensi, Austriæ, Meraniæ & Carenthaniæ Ducibus, & quibusdam alijs; Imperator

rator à Pontifice Romano ab excommunicatione absolutur, & hospitio excipitur; Eberhardus reuerfus, consentiente Pontifice maximo, Præpositum Iuuauensem; Abbates S. Petri & Admontensem mitra Pontificali in die festo Paschæ insigniuit, Anno 1231. Carolus primus Episcopus Seccouiensis obiit, pariter Valscalets, Episcopus Gurcensis.

SIMON Abbas S. Petri ob debilitatem cessit; succedit Berchtoldus Abbas Admontensis.

ANNO 1232. Eberhardus Archiepiscopus, ab Imperatore reuerfus, Conradum Frisingensem & Heinricum Seccouensem electos, apud Frisiacum in festo Pentecostes consecrauit. Eodem Anno 4. Idus Iunij D. Vergilius à Gregorio nono in Catalogum Diuorum refertur seu canonizatur.

CIRCA id tempus, Otto Bauariæ Dux, curiam Ratisponæ indixit; sed ob indignationem Principum & Regis Landishutæ celebrauit; cui etiam interfuit Eberhardus Archiepiscopus: postea magno exercitu Rex Bauariam intrauit expugnatum Ducem; sed arbitro Episcopo Eberhardo in gratiam eum recepit, accepto obside, Ludouico filio Ducis puerulo: Deinde Dux habuit Conuentum Ratisponæ, cui Eberhardus & omnes Bauariæ Episcopi interfuere.

mm.

ANNO 1236. Dux Austriæ Fridericus, qui postea anno 1246. ab Hungaris occisus est. Consilio Iudæorum Austriam clausit: Ita neq; aqua, neq; terra quicquam in Noricum vehi poterat; neq; tamen Iuuauia frumentū deficiebat, quod ex Sueuia; neq; vinum, quod ex Francia aduehebatur. Anno eodem Eberhardus hic statuit; vt pro more veteri Præpositus illi ad læuam assisteret proximus, &c.

ANNO 1237. Eberhardus Ecclesiam Brixensem dedicauit, & ossa S. Hartmanni in urnam condidit.

ANNO 1238. Eberhardus & Dux Bauariæ Consilium inierunt pro pace reformanda, quod Strubingæ indixere; sed ob disensionem Sacerdotum & Laicorum nihil perfecere.

EODEM Anno, Imperator Fridericus Taruisij hyemauit, quo discedente, violata fide, ciues Eberhardum omni sua suppellectile spoliauerunt. Auent. lib. 7. fol. 672. dicit, hoc à Veneris factum in agro Taruisiano. Et Imperator tota æstate multis copiis Mediolanenses & Bononienses vastauit.

ANNO Domini 1242. obiit Chuno, Præpositus Salisburgensis; itidem Berchtoldus Abbas S. Petri, pro quibus electi sunt, Otto Canonicus eiusdem, Ecclesiæ in Præpositum; & Richerus Prior in Abbatem.

EODEM Anno, Eberhardus Monasterium Salmvveil, post obitum Gunthrami de Andelzreüt, primi fundatoris, petentibus Monachis, in quodam Concilio pro se & successoribus, in protectionē recepit, dans illi Monasterio partes in Salina in Hall, & faciens illos Monachos fratres Capituli Salisburgensis, &c. Dux Bauariæ, presentibus Eberhardo Archiepiscopo, & aliis Principibus, curiā Ratisponæ celebrauit, vbi pro reformatione status, nec non contra Albertū Bohemū, Legatum Apostolicum pro Friderico 2. Imper. aliqua sunt constituta ac edita.

ANNO 1243. Eberhardus contrulit Capitulo Salisburgensi duas Ecclesias Parochiales, videlicet Gastunam & Talgen.

PRÆFIT iste Eberhardus, Pater pauperum dictus, magna cum laude, Annis 45. Hic emit Anno 1246. ab Hermanno, Comite de Ottenberg, Carinthio, aliqua prædia sita in Leslach, quæ postea dedit ad Monasterium Raitenhaslach, vt ibidem in Registratura habetur, licet erroneo Annorum numero. Eodem hoc Anno 1246. quarto Nonas Decembris, obiit hic Eberhardus, sepultus in summo Templo prope S. Virgilium, sub Horologio, qui antea Lauatorum in ambitu fieri curarat.

nn. **B**VRGHARDVS, † Comes de Zigenhagen, aliàs de Zigenheim, de quo
34. vide Io. Auent. in Annalibus fol. 686. ab Innocentio tertio pallio donatus,
sed nec consecratus, neque à populo admissus; mortuus est in itinere in Cœno-
bio apud Salmisveil, & ibi sepultus.

35. **P**HILIPPVS, Bernhardi Carinthiæ Ducis filius, de familia Comitum Or-
tenbergensium, vnanimi suffragio tam Canonicorum quàm Ministerialium,
electus seu postulatus est Archiepiscopus Iuuauensis, Anno 1247. Sed Ponti-
fex, ignorans electionem, Burckhardum, nescientibus Canonicis, Episcopa-
tui præfecit, & pallio donauit, qui nondum ad eptam possessione è viuis excessit,
cui iste successit Philippus. Anno 1249. Philippus celebrauit Concilium, man-
dato Romani Pontificis, in oppido Bauariæ Müldorph, quod Municipium Iu-
uauense est; interfuere Episcopi Frisingensis, Ratisponensis, Seccouiensis: Huc
vocatus Dux Bauariæ, vtroque gladio compelli debebat, vt Romano Pont. ad-
hæreret, contra Fridericum Imperatorem.

ANNO 1250. Philippus Marchiam manu hostili ingressus, prædia quorundam
Stirienfium rapinis atque incendiis vastat. Anno 1252. Comites, Tyrolen-
sis & Görzensis, magna conductâ Manu obsiderunt Griffenberg: His sese oppo-
suit Philippus Episcopus, Comitemq; Tyrolensem & Comitem ab Escheloch,
cum aliis eorum coadiutoribus cepit, eosque captos in Arcem Werffen abdu-
xit & detinuit, donec se magna pecunia redimerent.

EODEM ANNO Philippus fratrem Heinricum ordinis Prædicatorum con-
stituit Episcopum Chiemensem. Anno 1253. Electus idem Salisburgen. quen-
dam ex fratribus Episcopatu Gurcensi præfecit.

ANNO 1254. Henricus Episcopus Bambergensis vendidit iurisdictionem
in Mansee Ecclesiæ Iuuauensi, ducentis marcis Argenti.

ANNO 1256. Bernhardus Dux Carinthiæ, Pater Philippi Electi Salisbur-
gensis, & Vlrici fratrum obiit, cui Vdalricus filius successit, &c.

EODEM ANNO, cum Philippus quibusdam mandatis & ordinationibus
Pont. Romani non esset obediens, & ciuitates Arcesq; ad Episcopatum perti-
nentes, hominibus improbis committeret; Capitulum Salisburgense, consen-
su Pontificis, alium Episcopum, nimirum Vlricum Episcopum Seccouensem
elegit; cum Philippus iam intra decem Annorum spacium consecrari nollet.
Missus est item Otto Præpositus Romam ad Pontificem, vt hanc electionem
confirmaret. Philippus re cognita, accitis auxiliis ex Bohemia & Austria, Epi-
scopatum ingne deuastauit: Quia in re à quibusdam Ministerialibus, datæ fidei
oblitis, fuit adiutus. Interim summus Pontifex mandat fratri Henrico Episcopo
Chiemensi, vt Philippum nomine Pontificis Romani citet, omnesque Arces
& Ciuitates sibi committat: Quod si Philippus facere recusauerit, aqua & igni
illi interdicit. Cum verò Philippus hæc contemneret, inania terriculamenta ar-
bitratus, Henricus, quod in Mandatis habebat, exequitur: Et ita tota ciuitas
Iuuauensis, integro Anno diuinis caruit officiis, quamuis in quibusdam Paro-
chiis fautores Philippi diuinam rem faciebant; Similiter & Monachi S. Petri &
Virgines sanctæ, timore seu fauore Philippi, diuina resumpserunt.

36. **V**LRICVS, Episcopus Seccouien. confirmatur Anno 1257. ab Alexandro
quarto, in Archiepiscopum Iuuauensem. Re intellecta, Philippus atrocius
sæuit in suos Symmystas, & penè omnes eiicit Sacerdotes, eorum prædia di-
strahendo, & redditus interuertendo, magnisque cladibus affecit possessiones,
Iuuauensi ditioni subiectas: Idem postea audita morte Summi Pontificis fecit,
ita vt quatuor Sacerdotibus, qui soli remanserant in Salisburgo, vix necessaria
suppeterent, Vlricus nouiter electus, Otto Præpositus, & Henricus Chiemen-
Epi-

Episcopus, persequi annum Romæ mansere, &c. distracto interim Chiementi Episcopo, quem à Philippo antea acceperat.

Eo tempore duo Canonici Iuuauenses, Vlrucus filius Comitis Hermann ab Ortenberg, & alius nomine Gregorius, defecerunt à Capitulo, & adhasere Philippo, & antequam Vdalricus confirmaretur, Philippi causa Romam profecti sunt. At Gregorius in itinere miserè periit: Alter auditus est à Pontifice, & despectus domum reuertitur.

PURR in Rastat nascitur cum duobus cornibus, cuius ploratus 14. diebus ante auditus quam nasceretur.

ANNO 1258. Vdalricus cum Ottone Præposito & Episcopo Chiementi Roma reuertitur, Regemque Vngariæ Stephanum, qui cum magno exercitu Marchiam intrarat, & Pettauensem ciuitatem obsederat, propter quosdam rebelles, qui antea in Vngaros impetum fecerant, certis conditionibus ab obsidione amouet, & magna cautione, multisque vadibus eandem ciuitatem eidem obstringit: Postea, assumptis multis militibus, Iuuauium iter arripit, & dum Radestadio appropinquasset, Dux Carenthaniæ illum inuasit; in crepusculo utrinque acriter dimicatum, multis ex utraque parte vulneratis & occisis.

ANNO 1260. Vdalricus in Valle Anesiter faciens, & in Bauariam properans, ab Austriacis nempe, Heinrico de Turri, non procul ab Admundt capitur, & in Arce Wolckenstain, cui à nubibus & rupibus inditum nomen, detinetur. aliquandiu; sed tandem iussu Ducis Austriaci liberatur: Ita magnis impensis & laboribus in Bauariam peruenit, vbi aliquandiu manens, licet possessionem nondum acquirere posset, tamen à Nuncio Romani Pontificis excommunicatur, eò quòd 4000. Marcas Argenti, quas curiæ Romanæ promiserat, non soluit, & omnia iura Episcopalia ei interdiciuntur: Quam obrem ille appellauit Romam, & eò profectus est. Capitulum Salisburgense ita sex Annis multis calamitatibus oppressum, Arbitris, Rege Bohemiæ, & Duce Carinthaniæ, cum nemo auxiliũ Vdalrico ferret, neque ipse se tueri posset, concordiam cum Philippo iniit, salua tamen autoritate sedis Apostolicæ. Id factum est Anno 1261.

SEQVENTI Anno, Vdalricus Roma reuersus, adducit secum Episcopũ Squillatensem, accepta potestate reformandi Ecclesiam Iuuauensem, sub quibusdam conditionibus, vt nimirũ promissam pecuniam certo tempore solueret; Quòd si non faceret, ab ipso Episcopo autoritate Apostolica excommunicaretur.

DUX Bauariæ Henricus, qui per fas & nefas octo oppida initio dissensionis occuparat, cum milite copioso, adiunctis sibi illis de Wispach, qui prius adhaserant Philippo, ab eoq; ditati & euecti fuerant, Consilio eorundem impetum in Iuuauium fecit, situm trans aquam, & omnino illam partem diripuit, ac videntibus presentibusq; Vdalrico Archiepiscopo, & Squillatensi Episcopo, igne combussit; Nec illo contentus, eorundem de Wispach Consilio, armato milite Salinam intrans, munitionem vallumq; erexit ad domandum Iuuauium Vdalricus, quia pecuniam non soluit, excommunicatur ab Episcopo Squillatensi, & toti Iuuauensi Diocesi denuntiatur. Philippus igitur Archiepiscopatum, cui per decem Annos præfuerat, resignauit. Anno 1263. Dux Henricus, cum Iuuauium capere non posset, sedus iniit, territus fulmine, quod meridie vidit sereno die: Philippus eicitur ciuitate, & aliis oppidis Diocesis; Monachi & sanctæ Virgines iam tertio abstinent à diuinis.

PONTIFEX Max. Regi Bohemiæ & Episcopo Olumucensi Iuuauium commisit tuendum & reformandum, quæ omnia facile obtinuerunt rem magno conatu gerentes; aliqui verò Clientes Iuuauenses Bohemis, aliqui Henrico Duci Bauariæ adhaserunt, quineq; Capitulo, neq; Episcopo fidem debitam seruantes, possesse

possessiones ab alienatis sibi adscripserunt, & prædia Sacerdotum & Episcopi sibi vsurparunt: Vnde quidam Gebhardus de Velben obsidem, Magnum Comitem à Görtz, qui fidei suæ à Capitulo commissus fuerat, clanculum dimisit, acceptis octingentis Marcis argenti, quas in suos vsus conuertit.

ANNO 1264. Vlricus vocatus à Capitulo, clientibus & ciuibus, Iuuauensem intrauit ciuitatem, ibiq; vnà cum Duce Bauariæ quatuor Menses mansit; sed considerans peruersitatem plebis, suamq; imbecillitatem, proposuit sese Magistratu abdicare, indeq; in Marchiam recedens, abdicacionis tabulam Romanam misit: sed Urbanus iam è viuis excesserat; Ideo in medio ea relicta res est.

Eo Anno, Monachi S. Petri, sanctæque virgines Moniales in Monte, in gratiam Capituli redierunt, facta recompenfatione quapiam damnorum, quæ secuta fuerant ex defectione illorum.

ANNO 1265. Vdalricus cessit oneri & honori, missis literis resignatoriis Romam, quas Pontifex recepit; præfuit autem Annis nouem.

37. VLADISLAUS, Dux Poloniae, Henrici Ducis Vradislauiensis frater fit Archiepiscopus, datus per Pont. Max. Clementem quartum, qui itidem M. Petrum, Præceptorem Vladislai, constituit Episcopum Patauiensem.

ANNO 1266. Vladislaus Iuuauium venit, vnà cum Episcopo Patauiensi, honorificè à suis excipitur, & fratrem Henricum ordinis minorum S. Vlrici Episcopum Chiemensem confirmat.

CHVNO, quem Philippus præfecerat Monachis S. Petri, sese abdicat; & Simon frater eiusdem Monasterij eligitur & confirmatur.

OO. ANNO 1267. sacris initiati sunt Sacerdotes à Ratifponensi † Episcopo, in profesto Pentecostes, suscepit & Vladislaus sacros Ordines, die sequenti ordinatus & consecratus est, & à Clemente Pont. summo pallio honoratus.

PATRIARCHA Aquilegien. ab Alberto Comite Goritiæ capitur, sed ab Episcopo Iuuauensi quodam pacto liberatur.

ANNO 1268. Vlricus Episcopus Seccouiensis obiit. Substituatur Bernhardus, Decanus Patauiensis. Dux Carinthiæ pro multis damnis, Iuuauensi Ecclesiæ illatis, satisfecit oppidis & arcibus S. Viti, & S. Georgij datis in proprietatem Ecclesiæ, ea tamen rursus in beneficium seu feudum recipiens. Eodem Anno moritur Gregorius Patriarcha Aquileiensis, cui Philippus antea electus Episcopus Salisburgensis, intercessione fratris sui Vlrici Ducis Carinthiæ, surrogatur; sed mortuo Vlrico, Philippus à petitione repulsus, voluit Dueatum Carinthiæ, tanquam verus hæres occupare; at per Ottokarum Bohemiæ Regem est impeditus, qui Ducatum vnà cum feudis, quæ ab Ecclesia Salisburgensi Dux in feudum acceperat, iniuste sibi vendicauit: Interea Vladislaus, omnibus in Bauaria, Styria, Carinthia, aliisque locis ritè ordinatis ac recuperatis, profectus est in Patriam, postulans hæreditatem suam; cuius partem voluit Episcopatu vnire; Quo comperto propinatum est ei venenum, ex quo debilitari cœpit; festinus igitur Salisburgium rediit, ibique placidè in Domino obiit, Anno 1270. cum rexisset magno cum fructu & vtilitate Ecclesiam quinque Annis, sepultus est in summo Templo ante Aram Deiparæ Virginis.

38. FRIDERICVS de Wallen, Præpositus Salisburgensis, eligitur Archiepiscopus Anno 1270. Quo anno ciuitas magna ex parte incendio perijt; fuit in æstate huius Anni tanta siccitas, vt pleraque sata arefcerent: Inde maxima famines secuta; vinum tamen in abundantia natum est.

FRIDERICVS Anno 1272. Romam ad confirmationem & Pallium obtinendum proficiscitur, quam eo ac sequenti Anno impetrauit; Ibidè autè querimonia magna à Numulariis aduersus Fridericum facta est, propter æs alienum, quod

Episco-

is, Episcopus Vlticus contraxerat, quodq; Otto Præpositus per surreptionem membranarum & sigilli Capituli Iuuauensis à creditoribus acceperat, nesciente Capitulo. Vnde, quòd eam rem, tum creditores, tum Fridericus Episcopus vehementer vrgebant, graue detrimentum Capitulum accepit: Quanquam non in vtilitatem Capituli, sed Episcopi ea pecunia expensa fuerat, Collegium tamen coactum est 200. Marcas puri argenti persolueret; Hæc scribuntur posteris, vt sint cautiores in asseruando sigillo.

REX Bohemiæ Othocarus quibusdam conditionibus feuda Principum, Austriæ, Stiria & Carinthiæ à Friderico Frisiaci recepit, præstito Homagio ipsi & Ecclesiæ.

PHILIPPVS quondam Iuuauensis Archiepiscopus, nunc Aquilegensis Patriarcha, totum patrimonium suum Regi Bohemiæ tradidit ac resignauit, exceptis his, quorum proprietates Vlticus Dux, Philippi frater, Ecclesiæ Iuuauensi antea pro damnis illatis tradiderat, nempe oppidum S. Viti & alia, quæ Philippus sibi vsurpanda referuabat.

ANNO 1274. conuocauit Concilium prouinciale Fridericus, cui interfuere Episcopi, Frisingensis, Patauiensis, Ratisponensis, Brixienensis, Chiemenensis, Seccouiensis, ac Templum Iuuauense consecrauit in die omnium Sanctorum, cooperantibus Episcopis superioribus; Gratius fuit id festum & spectaculum sacrum elargitione indulgentiarum Maximi Pontificis Alexandri, Patriarchæ Gradenensis, & aliorum Archiepiscoporum.

ANNO 1275. Rudolphus Romanorum Rex, Comitum Nüernbergæ habuit, ad quæ Othocarus, Bohemiæ Rex, & Henricus, Dux Bauariæ inferioris, neq; precibus, neque minis sunt moti, vt comparerent; Friderico autem Archiepiscopo ibi cum Patriarcha Aquileien. apparente, & in verba Rudolphi iurante, Rex Bohemiæ Iuuauensem Ecclesiam hostili manu inuasit, comburendo prædia quàm plurima, damnunq; intulit, quod æstimatum fuit 40000. Marcis Argenti.

FRIDERICVS in hac calamitate belli, & Episcopus Patauiensis tanquam Lampades inter alios imperij Principes coruscantes, licet eorū fides à Rege potentissimo, variis artibus, dolo, minis & pecunia tentaretur; maluerunt tamen, suæ salutis & rerum iacturam facere, quàm Romanum Imperium deserere. Vtinam nostra tempestate multi tales Principes forent, qui publicum imperij bonū magis quàm priuatū curarent; melius procul dubio haberet Rom. Imperium. Herbrodus Laurentin⁹ Episcopus obiit, cui Eberhard⁹ Abbas S. Pauli substituitur.

ANNO 1279. Diethericus, Episcopus Gurcensis obiit, cui succedit Iohannes Episcopus Chiemenensis; eidem substituitur Conradus de Hintzperg, Canonicus Patauiensis. Eodem Anno Reinpertus de Glaneck transegit cum Ecclesia Iuuauensi pro damnis iniuste illatis persolueret 300. Marcas Argenti, sub pœna amissionis feudorum suorum, quæ postea Ecclesiæ aperta sunt.

IDEM Fridericus Archiepiscopus ab Henrico Episcopo, & Capitulo Ratisponensi emit omnes redditus ac prædia, quæ in Mânsee habuerunt 1. lib. denariorum pro 7. Marcis argenti. Liechten & Altentann à Nobilibus de Tann ad Fridericum & Ecclesiam Iuuauensem, hoc ferè tempore quoque peruenere.

EODEM tempore Fridericus Castrum Chalhaim, ob immania illic facinora perpetrata, solo adæquari iussit.

ANNO 1280. Fridericus iterum prouinciale Concilium conuocauit, cui interfuere Episcopi, Ratisponensis, Frisingensis, Patauiensis, Brixienensis, Chiemenensis, Secouiensis, Laurentensis; Et quia Prælati quidam præcipuè Patauiensis non interfuere, Fridericus eos contumaciæ damnauit, quam sententiam precibus aliorum Episcoporum & Consilio Capituli mutauit. Eodem Anno in die S.

Alexij, nix magna à Frisinga vsque in Longau cecidit, quæ admirationi omnibus fuit, maxima quoque sterilitas passim peruagata; multi fame mortui, panis de auena in pretio & rarus fuit. In Cœna Domini, dum sacrâ concio fit, puella, quædam nata de Cella, quæ Viginti Annos à natiuitate muta fuit, precibus S. Rudperti & Virgilij, loquelam accipit.

ANNO 1283. Gotfridus Patauiensis & Leopoldus Secco uientis Ecclesiarum designati Episcopi, pridie Nonas Martij, ab Heinrico Ratisponensi Episcopo consecrantur Iuuauiz, sequenti die Solis à Friderico Episcopi declarantur. Hartnidus de Woldonia Parochus in Wels Gurcensi Ecclesiæ præficitur. Eodem Anno, Dux Austriæ Albertus occasione pacis, quam cum Friderico Iuuauensi Episcopo, & excellenti Principe Ludouico, Duce Bauariæ, pepigerat, Heinrico Duci Bauariæ inferioris bellum indixit; collecto quoque exercitu aduersus illum profectus, Valentiam vsque processit, quod oppidum Norici est, vulgò Wels, vocatur: cui & Fridericus sese coniunxit, eundem adiuturus: Sed Heinrico & Wickardo, Ratisponensi & Patauensi, Episcopis intereedentibus, Dux Austriæ domum reuertitur, Fridericus Episcopus & Dux Bauariæ conciliantur. Moritur Fridericus Anno 1284. septimo Idus Maij, 15. Calendas Maij sepelitur in summo Templo apud Altare S. Andrea, rexit Annis 15.

89. **R**VDOLPHVS de Hocheneck Sueuus, Rudolphi Romanorum Regis Cancellarius, eligitur Archiepiscopus, Anno 1284. vnanimi suffragio omnium, adeò vt ne vnus quidem dissentiret. Martinus Pontifex Max. audita legatione & literis Rudolphi Caesaris & Capituli Iuuauensis, commisit eam rem Episcopis, Constantiensi, Aichstetensi, & Abbati de Salmsveil, qui auctoritate Apostolica Rudolphum iam designatum examinarent; quòd si dignus inueniretur, vt illum inaugurarent; sed Constantiensi morbo impedito Collegæ mandatum sunt executi, & 8. Idus Martij, Rudolphum Archiepiscopum declarauerunt, sequenti die Sacerdos efficitur; misit igitur Romam pro Pallio Fridericum de Mitterkirchen, Canonicum, & Heinricum de Ges, Præpositum Frisacensem, decretorumque Doctorem, qui cum Patauium venissent, certiores facti sunt de morte Pontificis Martini, cui Honorius quartus, natione Romanus, successit; Is magno fauore profectus est Germanos, & ob hoc Rudolphum Pallio decorauit, Anno 1285.

EODEM Anno, Gebhardus Lauentinus Episcopus obiit, cui Conradus, Salisburgensis Ecclesiæ Canonicus & Scholasticus substituitur.

99. **R**VDOLPHVS diem indicit, † vt colloquatur cum Duce Bauariæ Heinrico, vbi recitata instrumenta sunt, quibus pacis conditiones, firmatæ inter Ducem & Fridericum Episcopum, præscriptæ erant; ibi inducias fecere ad festum Michaelis, inter quas oppidum Müldorff, dubium an fraude, an verò casu exiit, quod statim Henricus Dux obsidione cingit: Et quia Rudolphus nihil huiusmodi metuebat à Duce, qui Ecclesiam Iuuauensem in fidem & tutelam receperat, in Marchiam profectus fuerat: E Græcia igitur (quod oppidum Stirorum est, qui apud veteres Taurisci vocantur) re intellecta egressus, copioso milite Bauariam inferiorem depopulatur igne & ferro; cui Dux fit obuiam, & Müldorphium in deditioem accipit: Tandem Ludouicus, superioris Bauariæ Princeps, vtrumque ad Colloquium inuitans, tanquam arbiter Honorarius, pacem inter eos firmavit.

ANNO 1286. Cæsar Rudolphus Augustæ curiam celebrat in Epiphania Domini, adfuere Episcopi Ratisponensis, Iuuauensis, Colonienfis, Patauiensis, Basiliensis, Ludouicus & Henricus, Duces Boiorum, aliique multi Nobiles; Ibi
pax

pax firmata est inter Rudolphū Episcopū, & Henricum Ducē: dati sex arbitri, qui vtriusq; causam audirent, & omnia componerent; Sequenti anno Henricus restituit Rudolpho Episcopo oppidum Mūldorph, quod illi antea ademerat.

ANNO 1288. corpus S. Virgilij translatum est à Rudolpho sept. Idus Nouēbris, præsentibus Episcopis, Ratisponensi, Patauiensi, Gurcensi & Seccouienfi.

EODEM tempore, voluntate & concessione Pontificis Maximi, idem Rudolphus sepeliuit Eberhardum Archiepiscopum, sub horologio †, ac præfuit †† Ecclesiæ magna fidelitate, annis quinque, mortuus est Anno 1289. 3. Non. Augusti, sepultus ante altare S. Virgilij.

CONRADVS Praicenfurt, aliàs de Vanstorff, Lauentinensis Episcopus, à 40. Pontifice Romano factus Archiepiscopus, dum pro Pallio Romam mittitur à Stephano, Henrici Ducis Bauariæ filio, qui à Pontifice, propter immaturam ætatem, nam vix 21. annum habebat, non est admittus; etsi omnium suffragio postularetur. Auent. lib. 7. fol. 718. aliam causam allegat, nempe quòd Legati pontificis, quos ad explorandam vitam & mores Stephani Ducis in Bavariam miserat, militari veste amictum & sagittariorum spectaculo præsentē offendissent, &c. Conradus igitur Pallio, quo omnimoda potestas illius Pontificij Magistratus declaratur, à Romano Pont. donatus est, Anno 1289.

EODEM ANNO, cum Dux Austriacus Albertus, cum Conrado Iuuauensi Archiepiscopo discordaret, grauiq; vtrinq; damna accepissent; Conradus fœdere sese iunxit Ottoni, inferioris Bauariæ Duci, quo cum Carinthiam ingressus (nam spes ipsi facta fuerat ab incolis potiundæ Stiria) redire coactus est ob densitatem niuium. Auent. lib. 7. fol. 718. scribit, hunc Conradum cum Othone, Stephano & Ludouico, fratribus, Ducibus Bauariæ inferioris, fœdus iniisse, & Falckenstain arcē in confinio Austria, & Bauariæ, eò quòd Austriaci crebris incurfationibus regionē infestam redderent, eoq; prædas agerent, expugnasse.

SEQUENTIBVS verò annis, Conradus, vnà cum Militibus Ottonis Ducis, cepit Ottonem filium Meinhardi Ducis Carinthia ductum in castrum Werfen, vbi per 10. Menses detentus est, cuius liberatio pacem firmavit: Ad quam inter ipsos constituendam sollicitè laborarunt Dux Bauariæ Ludouicus, & Henricus Episcopus Ratisponensis, sed pax illa durauit tantum annos tres, vel paulò plus. Dux enim Austriae obsedit oppidum Rastat per duos Menses, & discessit ab obsidione, tum coactus inopia comæatus, tum quia Otto Bauariæ Dux cum exercitu iam Iuuauiam intrarat.

ANNO 1291. ciuitas Accaron, quam solam Christiani in Palæstina possidebant, obsessa est à Rege Aegyptiorum, quem Soldanum vocitant, & 40. diebus & noctibus impugnata capta est, multa que millia Christianorum capta & occisa sunt; Aliqui nauigio atfugere; Et rumor fuit, si concordēs fuissent Collegiorum fratres hospitum scilicet Templi Teutonum & ciues, ciuitatem non fuisse captam. Pontifex Romanus Nicolaus omnibus Patriarchis, Episcopis & aliis mandauit, vt conuocato Concilio deliberarent, qua ope, quòue Consilio Palæstinae succurri possit: Concilium Iuuauense rescripsit tria Collegia Templariorum Teutonicorum, &c. commutanda in vnum ordinem, ac meliorem obseruantiam redigenda, & Cæsarem cum Principibus in auxilium vocandum esse. Sed Pontifex mortuus est, antequam hæc Romam nuntiarentur. Auent. aliter de hac Synodo fol. 720.

EODEM ANNO Conradus Archiepiscopus Iuuauensis, à Summo Pontifice confirmatus, venit Roma.

EODEM ETIAM anno, obiit Wernhardus, Episcopus Seccouienfis ad festum natalis Domini.

ANNO 1292, 4. Idus Ianuarij obiit Conradus Episcopus Chiemensis Viennæ, qui corpus suum Iuuauium deduci iussit ad Concilium, quod Conradus eò conuocauerat, in quo ab Episcopis honorificè sepultus est.

EODEM anno Henricus, Præpositus Iuuauensis, factus est Seccouienſis Episcopus, cui successit Fridericus, Decanus de Mitterkirchen, per electionem in Vigilia Palmarum.

EODEM etiam anno datus est ad Episcopatum Chiemensem Fridericus eiusdem Ecclesiæ Præpositus.

HOC ANNO Colloquium fuit habitum ab Imperij Principibus in Linz oppido, in festo Pentecostes, ubi conuenerant Ludouic⁹, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, Otto Dux Bauariæ, Albertus Dux Austriæ, Meinhardus Dux Carinthiæ, Conradus Archiepiscopus Salisburgen. Henricus Ratisponensis, & Bernhardus Patauienſis, Episcopi: Ibidem reconciliati sunt, Albertus Dux Austriæ, Otto Dux Bauariæ, & Conradus Archiepiscopus, & liberatus est Otto Dux Carinthiæ.

ANNO 1295. Conradus Episcopus emit ab Henrico de Berghaim sedem & iurisdictionem in Berghaim, cum omnibus suis pertinentiis, quæ ab Episcopo in feudum habuerat.

EODEM Anno, Domini de Gutradt Otto cum Henrico filio, Dapiferi Iuuauensis Episcopatus, Castrum Gutradt, & omnes suas ditiones Episcopo Conrado & Capitulo, cum proprietate subiecerunt, ac rursum in beneficium, seu feudum receperunt.

ANNO 1298, in Comitibus magnis per Albertum Rom. Regem Nürnbergæ habitis, Conradus hic Archiepiscopus in numerum amicorum Regis receptus est, Auentin. lib. 7. fol. 734. †

ANNO 1306. Albertus Cæsar intrauit Bohemiam, ducens secum Conradum, Episcopum Iuuauensem, & Rudolphum filium suum, Ducem Austriæ, asserens ad imperium ipsius Regni collationem deuolutam; Regnum ipsum filio & suis fratribus hæreditario iure contulit.

ANNO sequenti, Conradus Episcopus, iussu Cæsaris Alberti Carinthiam intrauit, & intra spacium vnus Mensis cum dimidio cepit ciuitatem S. Viti, Volckenmarckt, Clagenfurt, Arcem Rabenstein non longè Frisaco expugnauit, ac solo æquauit; Et in Monte D. Thomæ munitionem construxit.

EODEM anno obiit Ludouicus, Decanus Iuuauensis, cui successit Wickhardus de Polheim, Canonicus ibidem.

EODEM anno obiit Elisabeta, Abbatissa in Nunnberg, cui successit Margaretha de Giebing Virgo Cœnobij D. Petri.

EODEM anno obiit Helmvvicus, Præpositus Iuuauensis, cui successit prædictus Wickardus de Polhaim.

ANNO 1309. obiit Vlicus, Episcopus Seccouienſis, circa festum Epiphaniæ, cui substitus est Fridericus de Mitterskirchen, Præpositus Iuuauensis, pro quo electus Fridericus de Leibnitz, Canonicus & Camerarius ibidem; cuius confirmationem Conradus Episcopus tres ferè Menses distulit, eò quòd non sit dilata electio in suam præsentiam, licet ad eum electio non spectaret, &c.

CONRADVS Archiepiscopus vnà cum Abbate S. Lamperti ad Curiã Rom. citati sunt, Summus Pontifex dicebat hoc Monasterium ad ipsum tantum pertinere, Anno 1310, Dux Austriæ misit Vlicum à Walsee cum Milite armato in Ditemoning, contra Ducem Bauariæ, qui coniunctis Episcopi militibus & Bauariam & Diocesim vastarunt rapina & igne, adeò vt quàm plures frigore & fame perirent mortales, quæ mala tanta est pestilentia subsecuta in tota Bauaria, vt à festo

Martini,

*Crispina-
nus in Vita
Friderici,
&c.*

Martini, vsque ad festum Purificationis in vno Cœmeterio Ditmoning plus quam 1300. cadauera condita sint.

ANNO 1311. celebrata est Synodus Salisburgi, in qua Summo Pontifici decimæ omnium annuorum reddituum Ecclesiasticorum sunt concessæ, ad faciendam expeditionem in terram sanctam: Eo tempore Dux Austriæ cum Conrado Episcopo obsederunt ciuitatem Scharding.

PRÆFUIT iste Conradus annis 24. mortuus est, Anno 1312. in festo annuntiationis Deiparæ Virginis, quo die natus fuerat; sepultus in summo Templo ad Aram S. Andrea.

FVNDAVIT Sacellum D. Iohannis in Palatio Episcopali; similiter ædificauit Hospitale Mariæ Magdalena, & donauit S. Petri Monasterio, &c.

WIEKHARDVS de Polhaim, electus Archiepiscopus, Calend. Aprilis, 41. Anno 1312. eodem anno confirmatus in die sancti Wilibaldi; eodem anno in die Abdon & Sennen, per Clementem quintum, Romæ consecratus; in Vigilia D. Augustini Pallio decoratus; In Vigilia Thomæ Romæ discessit, magnis laboribus & expensis.

ISTE Wickardus 13. Calend. Augusti eiusdem anni, aperuit vnam S. Rudperti, & inuenit ossa cum capite D. Rudperti.

ITEM D. Martini in magna quantitate, D. Vincentij Martyris in magna quantitate, Hermetis, Crisanti, Dariæ, Gislarij; Et eodem anno ostendit easdem Reliquias, in festo natalis Deiparæ Virginis; & deinde proximo festo translationis D. Rudperti, dedicauit nouam Aram D. Rudperto, ibique ossa sacra eius recondidit. Et proximo festo translationis D. Virgilij consecrauit Aram D. Virgilij, cœptam a suo prædecessore Conrado, ibique eius sacra ossa recondidit: At paucis diebus post, id est, quinto Non. Octobris, percussus spasmo in toto corpore, & grauissima Lethargia pridie Non. Nouembris obiit. Præfuit annis tribus cum dimidio, & sepultus est ante Aram D. Rudperti.

FRIDERICVS, huius nominis tertius à Leibnitz, Præpositus & Archidiaconus Salisburgensis, Anno 1315. eligitur Archiepiscopus, & sequenti anno 42. in priuato Consistorio Romæ à Pont. Maximo Ioanne XXII. confirmatur, tertio Calend. Nouembris.

OCTAVO autem Calend. Decembris, mandato Pontificis, Berengarius Tusculanus Cardinalis istum Fridericum, & Patriarcham Gradensem & Archiepiscopum Rossen. Græcum Barbatum, cum quinque Episcopis, & quatuor Abbates consecrauit.

IN Octaua Martini, iuramentum pro communi obsequio præstitit, & sequenti die post Elisabetham fuit Pallium petatum & concessum a Pontifice, Anno 1317.

HOC ANNO Fridericus instituit Hospitale S. Blasij.

ITEM Fridericus fœdus iniit cum Friderico de Austria, & illius fratribus, contra inferioris Bauariæ Duces, qui multa damna Episcopo & suis intulerant; Et contra quoscunque, excepto Summo Pont. Imperio, & Ludouico electo Rom. Rege, superioris Bauariæ Duce, ac Rudolpho eius fratre, qui Rheni Palatinatum possidebat, vt mutuo auxilio forent propriis expensis.

IAM antea, Anno 1314. in electione Imperatoris, dissensio orta fuerat inter Principes, Electores; aliis ac maioribus quidem votis, Ludouicum Ducem Bauariæ, aliis Fridericum Austriæ ad Imperium postulantis; vnde vtrinque graue bellum est natum, quod octo annis durauit; Cui hic Fridericus Archiepiscopus, oblitus primæ Ecclesiæ suæ institutionis, per Boiorum Principes factæ, pro parte Austriaci postea se immiscuit, ac contra Ludouicum arma sumpsit.

ANNO

ANNO 1322. in Vigilia sancti Michaëlis, Fridericus Dux Austriae, qui sibi nomen Caesaris vendicabat, Henricus ipse frater, Fridericus Iuuauensis Episcopus, Albertus Dux Saxoniae, Episcopus Pataviensis & Lauentinensis, Bavarum variarum nationum exercitu intrarunt; Et inter Ottingam (quod oppidum inferioris Bavariae est, in ripa Oeni situm, & de Deiparae Virginis à Carolo Magno constructa, & miraculis insigne) & Mùldorphium castra metati sunt, apud riuum Iffenum: Quibus Ludouicus Caesar, Iohannes Rex Bohemiae, Henricus inferioris Bavariae Princeps, Fridericus Burggrauius Nornbergensis, atque alij magni exercitu occurrentes sub monte Dornbergio conflixere; Interfectis vtrinque plus mille viris: Ludouicus Caesar vicit omnibus praedictis Ducibus captis; Episcopi autem sibi fuga salutem quaesuerunt, audita suorum clade.

MILITAVERUNT sub Friderico Episcopo, Nobiles sequentes, quos pridie illius praelij ense stricto ter in caput percussos, ut animosiores redderet, Lequites Auratos designavit, vulgò zu Ritter geschlagen.

NICOLAUS de Tann, Henricus Oder, miles eius, id est, minister seu famulus, Eckardus à Thann, Conradus Thumbshürn miles eius, Dietherus Velber, Conradus Velber, Conradus Oberndorffer, Ortulphus Moser comes eius, Henricus Pruning, Vlrici duo Wispeckij fratres, Hartnidus Wispeck, Fridericus Köpffman, Fridericus & Conradus filij ipsius, Henricus Gottfridus, Siboldus de Lampoting, Siboldus & Albero de Nopping, Henricus Trauner, Nicolaus de Albm, Conradus Trenbeck, Albertus Trenbeck, Iacobus Spör comes eius, Ortulphus Schönperger, Nicolaus & Conradus dicti Aufseer, Marquardus de Vanstorf, Bernhardus Truchsäs, Eberhardus Geier, Iohannes Pfäffinger, Zacharias Pannichner, Albertus Gebinger, comes eius, Iacobus de Turri, Vlricus, Iacobus de Turri fratres, Rudigerus de Radeck, Petrus Gaugsperger eius comes, Vlricus de Wens, Vlricus & Otto de Achdorf, Ioannes Ecker comes eius, Ottmarus Vissler, Gebhardus Trauner, Rapoto Albrechtshammer, Comes de Panichenstain, Tragan de Tegborn comes eius, Otto de Leibnitz, Fridericus Carlspurger, Fridericus de Wolfsavv, Otto de Steir, Rudolphus de Holneck, Luipoldus Frey, Hartnidus Mansperger, Orthulphus & Diethmarus Püscher, Fridericus de Loibnitz, Hertindus Schlosperger, Fridericus de Schratzenperg, Iacobus à Hohenstain, Rudolphus de Vanstorf, Ludouicus de Welkirch comes eius, Ioannes de Neideck, Hermannus de Minendorf, Albertus de Tackenaav, Ludouicus de Ror, Henricus de Silberberg, Ludouicus Truchsäs, Conradus Stadauer, Nicolaus Püchfer, Wulfing Flachpergerius, Conradus de Sachsen, Conradus de Steg, Vlricus de Hoff, Fridericus Reichenburger, Vlricus de Langavv, Hermannus de Lennberg, Henricus de Linn, ein Zwarfer / Conradus Pottendorffer, Gottfridus Chelz, Henricus Massenperger, Vlricus Nusdorffer, &c.

IOANNES Auent. lib. 7. Annalium, ex quadam Chronica Ludouico quarto Imperatori dedicata sequentes addit.

IOANNES Haunsperger, Petrus Sultzperger, Nicolaus Reinhold, Henricus Oxel, Vlricus Goldman, Wolfhart Altenburger iunior, Alram Stralenfelder, Eckart & Wolfhart Ouensteter.] Et isto conflictu magnam Ecclesia Salisburgensis rerum suarum iacturam fecit, eò quòd Fridericus Episcopus à Ludouico Imperatore post hanc victoriam proscribitus fuerat, & quòd oportuerit captiuos Nobiles redimi puro argento: Propterea Duces Austriae praedicti Ecclesiae Salisburgensium impignorauerunt, propter accepta damna, quatuor arces, perpetuis temporibus possidendas, scilicet, Arenfels, Lofchental, Lauemunda & Neumarck in Carinthia, quas postea Anno 1459. Fridericus Imperator, multis priuilegijs Salisburgensium Episcopatu concessis, redemit.

ANNO

ANNO 1323. Fridericus emit à Wulfingo de Goldeck nouum & vetus castrum desolatam, vulgò Burckstal in Dächsenpach, vnà cum Comitatu & iurisdictione, quæ Goldecenses antea ab Ecclesia in feudum habuerant pro 2500. florenis.

EODEM anno, Episcopus Fridericus transegit cum Goldecensibus, de Comitatu in Gastein, de castro Klainstain, & de aliis quibusdam prædiis, quæ Goldecenses ab Episcopo pari modo in feudum possederant.

MARQUARDVS & Fridericus, Nobiles de Perchaim, propter homicidiũ commissum in quodam Iuuenè Keuzel, ædificârunt & fundârunt altare S. Ertrudis, in summo Templo Salisburgi.

ANNO 1324. in Octaua assumptionis D. Virginis, oppidum & castrum Titmoning à Ludouico Imperatore occupatum, ac Wulfingo à Goldeck custodiendum traditum est, conniuentia ac fraude, vt putatur, eorum, qui intus & extra oppidum ac castrum fuerant; Inter quos non postremi habebantur aliqui Ministeriales Ecclesiæ Iuuauensis, quorum primus fuit prædictus Wulfingus à Goldeck, Otthonis filius; à quo multa sustinuit Iuuauia.

ANNO 1327. Titmoning, cum toto Comitatu, post magnam deuastationem redemptum est, non sine maximo labore & impensis.

ANNO 1336. Domini à Perkhaim vendiderunt Episcopo Friderico iurisdictionem in Anthering, quam antea in beneficium seu feudum ab Episcopo habuerant.

EODEM anno, Fridericus Episcopus instituit celebrari perpetuam Missam in altari S. Crucis; Item in altari omnium Sanctorum duas, Vnam nomine omnium Sanctorum; alteram nomine omnium Animarum fidelium.

FRIDERICVS Archiepiscopus moritur, Anno 1338. Calend. Aprilis, cum rexisset Ecclesiam annis 23. sepultus apud altare S. Crucis in muro.

HEINRICVS de Piernprunn ex Bauaria, olim Ludimoderator ad D. 43. Rudpertum, fit Archiepiscopus, Anno 1338. Hoc anno locustæ senas alas habentes innumerabiles, circa festum Afræ ab oriente venientes, Bauariam, foedarunt, quæ vno die 20. millia passuum progressæ, & herbas & arborum frondes depastæ sunt, &c. Rexit Ecclesiam annis 5. moritur Anno 1343. sepultus in Sacello D. Piligrini.

ORTHOLPHVS de Weiseneck Styrius, frater Gotfridi Episcopi Pataviensis, eligitur Archiepiscopus, Anno 1343. vir valde magnificus, curauit fieri Auream crucem, cum pretiosis gemmis, in Choro summo Templi, vnà cum aliis Clenodiis argenteis quàm plurimis, in curia & camera.

ANNO 1345. emit ab Anna Abbatisa in Nunnberg balneas in Müln, 10. libris denariorum.

ANNO 1348. maxima pestilentia penè totum orbem peruagata est, quæ in Asia apud Indos incipiens, tribus post annis in omnes gentes desæuit ad extremos vsque Britannos, Bohemos, Noricos, Pannonios, & multa domicilia euacuauit.

ANNO 1359. apud Villacum oppidum, clarissimumque Carinthiæ Emporium terræ motu Mons corruit, & quàm plurimos homines occidit; sic & in Pannonia, & in Italia nonnullæ ciuitates corruere.

EODEM anno Sibothus à Teitham vendidit Ortholpho Archiepiscopo arcem Teitham, cum omnibus ad eam pertinentibus, 4235. Vngariis Ducatis.

ANNO 1355. Conradus de Kuchel (qui fuerunt Marscalci hereditarij Ecclesiæ Salisburgen.) legauit Ortholpho Episcopo Abstorf & Abtsee, quæ prius titulo permutationis ad Episcopum spectabant.

ANNO

ANNO 1356. instituit Ortolphus celebrari perpetuam Missam in altari S. Trinitatis.

ANNO 1362. mediante Rudolpho, Duce Austriaco, Ortolphus Archiepiscopus conuenit cum Erhardo à Tann, super iurisdictione Kestendorf, & Præfectura Alenthann, vt Episcopatu Salisburgenfi cederent; Postea Burckhardus Archiepiscopus arcem & iurisdictionem Alenthann Wolfhardo & Ernesto Vberacker, eorumque hæredibus, masculis titulo Præfecturæ perpetuò possidenda concessit. Ortolphus præfuit annis 22. moritur Anno 1365. sepultus est ante Aram S. Trinitatis, quam ipse suis sumptibus fundauerat & consecrauerat.

45. **PILGRINVS** de Puechaim eligitur Archiepiscopus, Anno 1366. Iste fundauit Sacellum, cum sex Aris, vbi prius tantum vna Ara fuit S. Nicolao dicata ab Henrico de Piernprunn. Idem bella gessit cum Friderico Duce Bauariæ.

ANNO 1380. (Chronica S. Petri habet 1386.) Conradus Episcopus Ratisponensis & Capitulum Pilegrino Archiepiscopo vendiderunt arcem Vtter, & currim Engelsberg; Dominium item in Partnis ad Athesim, pro 18000. Vngaricis Ducatis, sub pacto de retrouendendo: cui pacto postea Anno 1383. Iohannes Episcopus Ratisponensis, vnà cum Capitulo renunciauit, additis priori precio adhuc 8000. Vngaricis florenis, &c.

EODEM ANNO, summum Templum Salisburgense, vnà cum campanis & organis, totoque adeò ornatu igne periit, & ferè media pars ciuitatis versus Chay exusta est.

ANNO 1385. fusæ sunt duæ campanæ D. Virgilij & D. Virginis.

ANNO 1386. tanta fuit inundatio aquarum Salisburgi, vt ea portam pontis penitus destrueret; Durauit autem à festo Ioan. Bapt. vsque ad diem Processi & Martiani.

ANNO 1387. die S. Virgilij, Fridericus Dux Bauariæ cepit Pilegrinum, Archiepiscopum Salisburgensem, cum aliquibus Militibus, eumque in Cænobium Raitenhaslach deduxit; sed paulò post liberatus est.

ANNO 1390. Pilgrinus Archiepiscopus emit à Georgio Episcopo & Capitulo Patauiensi arcem Mattsee, vnà cum Lacu, omnibus prædiis ac redditibus, ad eam spectantibus, pro 7000. pond. Vienennsibus; Iste contractus renouatus est per Georgium Episcopum & Capitulum Patauiense, nimirum quòd Archiepiscopo Gregorio vendiderit castrum Mattsee, cum pertinentiis, 15000. pond. Vienennsibus, Anno 1398.

PRÆFUIT Pilegrinus fideliter annis 32. mortuus est, Anno 1396. quinto Mensis Aprilis, ac sepultus in Sacello, quod ipse fundauit.

46. **GREGORIVS** Schenck de Ostervvitz eligitur Archiepiscopus, Anno 1396. Iste Gregorius Anno 1398. emit ab Hugone Goldecker ius coquendi salis, nomine Goldeck in Hallen, vnà cum officina salinaria, montibus & syluis illuc pertinentibus, quæ antea in feudum ab Episcopo tenebat, pro quibus illi dedit Dächsenpach, quod postea Hugo ex singulari beneuolentia in testamento Archiepiscopo legauit. Isti Goldecker fuerunt Pincernæ Archiepiscopatus Salisburgenfi. ipsorum fuit Gastein, & iurisdictione Werffen & Raftat. Præfuit Gregorius annis septem, mortuus est Anno 1403. sepultus ante Baptistarium, curauit etiam organum fieri in summo Templo.

HOC ANNO, sede vacante, facta est Salisburgi confederatio per Prouinciales & Ministeriales Ecclesiæ Seculares, super aliquibus grauatibus, quæ ipsis per Pilgrinum & Gregorium, proximos Episcopos, imposita fuerant nempe ratione aris alieni contracti, steurarum, feudorum, violentiarum, despon-

fatio-

fationum filiarum inuitis Parentibus, malæ administrationis iustitiæ & simi-
lium, &c. Ita vt nollent Successori ac futuris Episcopis iuramentum fidelitatis
præstare, priusquam his oneribus liberarentur, & illis ob id per Episcopum &
Capitulum caueretur; appensa etiam fuit confdærationi 50. sigilla, inde ipsa
Erinaceus, Ygl, vulgo appellabatur, sequens Episcopus Eberhardus confirmat
eodem Anno 1403.

EBERHARDVS tertius de Neuhausen eligitur Archiepiscopus, Año 1403. 47.
Ante ipsum intrusus erat Berchtoldus de Waching, Episcopus Frisingensis,
per Bonifacium nonum consecratus: Sed eodem anno mortuus est Bonifacius;
& Successor eius, Innocentius septimus, Eberhardum de Neuhausen constituit
Archiepiscopum, & electionem Capituli de eo factam confirmavit.

ANNO 1417. Eberhardus erexit Aram D. Annæ, ædificauit item ædiculam
venerabilis Sacramenti, ordinauitque lumen perpetuum & campanam feria,
sexta pulsandam, vulgariter *den Antles leitten*.

ANNO 1418. fundatum & ædificatum est de nouo Sacellum sancti Andreæ
Salisburgi trans pontem, per Martinum Reiter, Iudicem ciuitatis Salisburgen-
sis, & Doctorem Iohannem Reiter, fratrem suum, & Iohannem Crafftonem,
Canonicum ac Custodem apud sanctum Stephanum Viennæ Austria. Huius
confirmatio facta est ab Archiepiscopo Salisburgensi Eberhardo, & Iohanne
Reisperger, Præposito.

ANNO 1425. confirmavit Eberhardus Missam S. Iohannis in Inberg, quam
Ludovicus Tânekl, ciuis Salisburgen. fundauit.

ANNO 1427. die Priscæ Virginis, obiit Eberhardus Archiepiscopus, qui fieri
curauit magnâ Monstrantiam, vt vocant, sanctæ Annæ: In cuius superiori parte
tres visuntur imagines, ex puro auro conflatæ, de Thesauo inuento, vt fama est
in Inberg. Præfuit annis 24. sepultus est in Sacello D. Annæ à se constructo.

EBERHARDVS de Starchenberg electus est Archiepiscopus, Anno 1427. 48.
Fuit vir habitudine corporis, pietate & vitæ castimonia insignis, optimusque
gubernator. Præfuit annis duobus, mortuus est quinto Idus Februarij, Anno
1429. sepultus in Sacello S. Annæ.

SCRIBUNT aliqui ipsum vnâ cum Camerario suo veneno extinctum ef-
se, eò quòd reformationem inchoare nitabatur.

IOHANNES secundus Reisperger, electus Archiepiscopus est, Anno 1429. 49.
ANNO 1438. emit iste Iohannes dimidiam piscationem in Stagno Zeller-
see, ab hæredibus Nobilium de Kuchel, qui etiam, deficiente ista Nobili fami-
lia, vendiderunt suam hæreditatem in prouincia Salisburgensi, Episcopatu.
Iohannes Archiepiscopus moritur Anno 1441. vltima Septemb. sepultus est
in Sacello D. Martini, præfuit annis 12.

FRIDERICVS quartus, Truchsäs de Emerberg, Ioanni Successit. Post obi- 50.
tum Ioannis, domini Capitulares, pretextu cuiusdam veteris consuetudinis,
inter se distribuerant vestes, & bona quædam defuncti Archiepiscopi, ad quoti-
dianum vsu pertinentia, & hoc sede vacante. Quapropter ipsi in pœnas & cen-
suras constitutionis Bonifacij octauæ, Incip. quia sæpe, de elect. lib. sexto igno-
rantes inciderant; dissensione postea in electione suborta inter Capitulares, alius
Sigismundum de Volckenstorf, Præpositum Salisburgensem; alius Fridericum
Truchsäs Decanum eligentibus; Fridericus, sui electione comperta, statim mi-
sit Basileam ad Concilium pro absolutione sui & suæ partis Canonicorum, nec
non pro confirmatione, quam non magnis expensis obtinuit. Nam suffragia al-
terius partis fuerunt irrita; & sic obtinuit Fridericus Archiepiscopatum per con-
cordiam. Composuit hic Eberhardus litem inter Leonhardum, Episcopum Pa-
tauien-

rauiensem, & Canonicos Patauienses, eorumque adiutores; Nempe Albertum Aultriae Archiducem, &c. propter electionem ortam; circa Annum 1432. de quo sub Leonhardo Episcopo, & apud Auent. lib. 7. fol. 819.

ANNO 1452. Fridericus hic vocatus cum multis aliis Principibus Landshutam ad Nuptias Ludouici Ducis Bauariae, & Annæ Ducis Saxoniae, Matrimonio eos copulauit, domino Ioanne Grienenvalder, Episcopo Frisingensi, diuina solenniter celebrante.

EODEM Anno Vlricus Mors, ciuis Salisburgensis, fundauit Missam S. Thomae, cum 29. lib. denariorum.

FRIDERICVS Archiepiscopus moritur eodem Anno 1452. 30. die Aprilis, sepultus ante Aram S. Andreae. Rexit Episcopatum annis decem.

51. **SIGISMUNDVS** primus à Volckenstorf, Praepositus Salisburgensis, fit Archiepiscopus, Anno 1452. fuit singularis Promotor pauperum, humilitate, vitae & morum integritate maximè conspicuus; & propterea multis Principibus charus; literarum diuinarum lectioni maximè incubuit, Maximilianum Regem & Georgium Ducem Bauariae è sacro fonte leuauit.

SUB HOc Episcopo castrum *Goldackerhoff* post longam iudicalem disceptationem per sententiam adiudicatur Ecclesiae Salisburgensi.

ANNO 1457. Sigismundus Archiepisc. fundauit, vnâ cum Sacerdote Thoma Sintzenhauser, Missam S. Gregorij, in summo templo; Episcopus dedit 14. pond. Sacerdos 12. pond.

FVNDAVIT idem Sigismundus Missam D. Sigismundi & Colmanni. Moritur Anno 1461. 3. Nouembris, sepultus est in Sacello S. Colmanni, quod ipse fundauit, dotauit & consecrauit. Rexit annis nouem cum dimidio, reliquit ingentem Thesaurum in Camera. Moneta tum pondus per Imperatorem Fridericum, hunc Archiepiscopum & Leonhardum Patauiensem imminutum, septima pars lucrifacta, nigra moneta, vt vocant, in albam permutata. In Boaria quoque Ludouicus Dux, quintam partem argenti aeri miscuit, & denarios, quos Schinderlingos vocant, percussit. In omnium rerum summa fertilitate, vilitateque annonae, fame laboratum est, Nemo vinum, frumentum, aliudue hoc aere vendere voluit. Veteres nummi à diuitibus coempti seruabantur, vulgus nouos duntaxat habebat & recipere cogebatur: Tandem Ludouicus Dux, abolita noua moneta, veterem ferire coactus est, Auent. lib. 7. fol. 833.

52. **BVRCKHARDVS** à Weispriach, Praepositus Salisburgensis, cui successit in Praepositura D. Fridericus Prancker, fit Archiepiscopus, Anno 1461. Iste in initio statim sui Archiepiscopatus ordinauit 12. Presbyteros, 6. Religiosos, 6. Seculares, qui praesent Choro Salisburgensi, & omnia ad diuinum cultum spectantia ritè exequerentur, dimissis Choralibus (vt vocant) qui primam Missam soliti erant canere apud S. Vergilium. Impetrauit etiam à Pio secundo, Pontifice Maximo, extinctionem Monasterij Monialium Ord. S. Augustini, prope Parochiam, eique praefecit praedictos Sacerdotes, vt ibi cibum caperent, & habitarent. Redditus annuus singulorum erat 70. floreni Rhenenses: Sed, quia Burckhardus Archiepiscopus non diu vixit, ista fundatio per Capitulum fuit abolita, Presbyteri dimissi & Chorales reuocati: Monasterium verò Monialium manet extinctum, desolatum, & postea planè dirutum.

ANNO 1462. propter nimias exactiones, quas Burckhardus Archiepiscopus suis imposuit, orta est seditio rusticorum Montanorum, qui sese Archiepiscopo opposuerunt; multasque arces & munitiones in Montanis locis occuparunt. Rogatus est Ludouicus, Bauariae Dux, qui p suos Legatos inducias fecit, vsque ad proxima Comitua prouincialia, in quibus lis ista integrè sopita est, mediatoribus,

domi-

domino Georgio Haunsperger, domino Wilhelmo de Albm, domino Wilhelmo Trauner, Wilhelmo Turner, Hartmanno Nufsdorffer, Marco Nufsdorffer, rusticorum deputatis Patronis, &c.

EODEM tempore prædictus Burckhardus factus est Cardinalis Tituli S. Nerei & Achillei, qui, ut mos est Cardinalium, ingressus Templum, benedixit populo; postea celebratum est sacrum in Ara S. Rudperti, præsentibus Principibus. Chron. Salisb. p. 129. præsentem fuisse Ludouicū Bauariæ Ducē commemorat.

ANNO 1464. Burckhardus fecit ex Ecclesia filiali in Mülh Collegium decem Sacerdotum: Curauit item fieri tabulam argenteam in Choro, ex 440. Marcis argenti, septem Vnciis. Dedit item Aurifici Wolfhardo Faust nouem Marcas & decem Vncias auri optimi, & vniones preciosissimos ad faciendam Thecam, quam Monstrantiam vocant, pro circumferendo sacratissimo Corpore Christi; sed fuit morte præuentus Burckhardus, antequam absolueretur opus; Postea eius Successor impignorauit aurifabro illam pro 668. florenis, quæ postea iussu Capituli redempta fuit per Custodem, & deinde Crux aurea facta, continens auri Marcas decem ad Chorum, Anno 1492.

BYRCKHARDVS Cardinalis & Archiepiscopus, moritur Anno 1466. 16. Februarij, cum rexisset Archiepiscopatum annis quatuor, sepultus est ante Aram D. Rudperti.

BERNHARDVS à Rorex Austria, Plebanus Salisburgenfis, electus est Archiepiscopus, Anno 1468. in festo S. Matthiæ Apostoli; deinde Dominica, infra octauam Corporis Christi, in ciuitatem introductus, præsentem Sigismundo, Duce Bauariæ; Dominica sequenti per Episcopos, Frisingensem, Ratisponensem, & Gurcensem consecratus; & Dominica sequenti, frater Rupertus Keutzi per prædictum dominum Bernhardum in Abbatem S. Petri benedicitur.

ANNO 1467. obiit dominus Fridericus Brancker, Præpositus, cui succedit dominus Caspar de Stubenberg.

ANNO 1471. Fridericus tertius Imperator Conuentum Principum Ratisponæ indixit, cui interfuit etiam Bernhardus Archiepiscopus Salisburgenfis, ubi in publica audientia Principum Imperatori dormitanti dixit Orator Apostolicus: Serenissime Imperator, non huc veni, ut te à somno excitem, sed ut tibi currenti calcar adhibeam; minimè alioquin certè in administratione imperij dormitabat hic optimus Imperator.

ANNO 1473. in Vigilia Paschatis, Fridericus Imperator, vnà cum filio suo Maximiliano, Salisburgum venit, Augustæ Comitia celebraturus, de expeditione contra Turcos faciendâ; ubi tamen nihil actum est, sicut nequè antea Ratisponæ. Confluxerunt ad eum quàm plurimi Principes; inter quos fuerunt Georgius, Sigismundus & Christophorus, Duces Bauariæ, qui omnes feria secunda Paschatis Danubio cum Casare abierunt.

HOC ANNO in vere tantus fuit æstus, ut circa festum S. Gertrudis, quasi omnes arbores florerent; Deinde in æstate montes ignem spirarent, & ex terra de radicibus arborum exiret ignis.

ANNO 1474. Dominus Iohannes Tulbeck, Frisingensis Episcopus, propter senectutem resignauit Episcopatum domino Sixto Tannberger, Canonico ibidem, & Electo Gurcensi, qui in die S. Paschæ Salisburgi ab Archiepiscopo Bernhardo in Choro consecratus est, astantibus sibi Bernhardo Chiemenssi, & Sigismundo. Chron. Salisb. Salinen. Episcopis.

ANNO 1475. obiit Generosus dominus Hadmarus de Laber, Officialis & Decanus Salisburgenfis, qui legauit in Testamento Archiepiscopo mille florenos, & Ecclesiæ Salisburgenfi omnia sua vasa & Clenodia argentea: Ex quibus

bus postea imago D. RUDBERTI facta est in pondere 100. Marcarum, & duodecim Vnciarum.

ANNO 1477. Maximilianus, Friderici Imperatoris filius, Archidux Austriae, Salisburgium venit, profecturus ad nuptias, cum Maria filia Caroli Ducis Burgundiae celebrandas.

EODEM anno, obiit Reuerendus in Christo Pater, dominus Bernhardus de Kraiburg, Episcopus Chiemensis, Doctor & Pater deuotissimus, cui successit D. Georgius Altorfer, Cancellarius Curiae Salisburgensis, Landshutae natus.

ANNO 1478. 24. Octobris, obiit Reuerendus Pater, dominus Casparus a Stubenberg, Praepositus Ecclesiae Salisburgensis in Murau, mortuus in itinere, quod susceperat gratia visitandi Imperatorem in Grätz, cuius Consiliarius erat, deportatus est Salisburgum, & sepultus in Capitulo, cui successit Christophorus Ebron, Canonicus Salisburgensis, die 9. Nouembris.

ANNO 1479. Reuerendissimus in Christo Pater & dominus Anstas, Tituli S. Sabinae montis regalis Presbyter Cardinalis, Salisburgum venit, visitaturus Imperatorem Viennae, in causa resignationis Archiepiscopatus, de qua postea: Vnde reuersus est in Vigilia S. Bartholomaei, & iuit Augustam & Norinbergam ad Principes Germaniae, cum quibus egit de causa Turcorum.

EODEM anno, in bello quod Archiepiscopus contra Fridericum Imperatorem gessit, impignorauit Matthiae Vngariae Regi totum Vice dominatum in Friesach cum castris & vrbibus, quae ille per vndecim annos tenuit; Redempta postea tempore Friderici Archiepiscopi, & ad Ecclesiam reuersa praeter Gmunden.

BERNHARDVS iste Archiepiscopus fuit homo quietus & tranquillus; propterea onerum ferendorum impatiens, cogitauit de resignatione Archiepiscopatus, eoq; magis, quod Turci excursionibus deuastrarent terras Ecclesiae Salisburgensi subiectas, & vexaretur ipsa etiam ab Imperatore & vicinis Principibus. Elegit itaq; dominum Sixtum a Tannberg, Episcopum Gurcensem designatum, qui postea factus est Episcopus Frisingensis. Quod cum Imperator Fridericus intellexisset, vocat Archiepiscopum ad sese in Volckenmarckt, & petit ab ipso, ne sine suo consensu Episcopatum resignaret. Fuit his temporibus apud Matthiam Vngariae Regem quidam Archiepiscopus Strigonienfis, nomine Iohannes Vratislaui oriundus, qui paulatim plurima beneficia in Vngaria adeptus fuerat; homo sagax, multarum linguarum peritus & praediues. Hunc Imperator ad sese Viennam, in seio Rege Vngariae, allexit, vendiditq; ei magna pecuniae summa totum Dominium Steir, cum pluribus Castris, perpetuis temporibus possidendum. Interea, post aliquot annos, Bernhardus Archiepiscopus misit ad Imperatorem, D. Gebhardum Peuscher, Equitem & Capitaneum Salisburgensem, vulgariter **Landts-hauptmann** dictum, qui illum certiore faceret de resignatione Episcopatus: Imperator voluit in illius locum substituere Iohannem praedictum, Archiepiscopum Strigoniensem, atq; vt res in occulto maneret, vocauit ad sese Bernhardum in oppidum Grätz, quasi consultaturus de bello Turcis inferendo; ibiq; in praesentia Iohannis Archiepiscopi Strigonienfis, D. Balthasari de Weispriach, & D. Gebhardi Peuscher, exclusis caeteris Consiliariis, cum Bernhardo de resignatione Iohanni facienda egit, quae omnia Bernhardus in praesentia iam nominatorum scripto confirmauit. Cum vero Bernhardus postea mentem Imperatoris suis aliis Consiliariis aperuisset; illi, audita petitione Imperatoris; rem cum magno Ecclesiae Salisburgensis periculo coniunctam esse dicebant, & vt negotium prius cum Capitulo ac statibus Prouincialibus communicaret, sedulo hortabantur: Hic quam primum domum reuersus, conuocatis Capitularibus & Prouincialibus causam proposuit.

INTER-

INTERFVERVNT Concilio Legati Imperatorij, Comes Schaffridus de Leiningen, Bernhardus de Scherffenberg, M. Iohannes Kelner, Procurator Fiscalis; cumq; maxima pars Prouincialium Bernhardum obnixè rogarent, vt Episcopatu, quem semel susceperat tuendum, diutius fungeretur, eiq; suum obsequium denuo offerrent, Bernhardus ipsorum precibus victus consensit. Imperator per Legatos de tota re certior factus, ob tam insignem contumeliã, omnes munitiones & castra ad Ecclesiã Salisburgen. pertinentia, in Ducatibus Austriæ & Stiriaë occupauit, Tackenpeunt & Vanstorf funditus euertit. Bernhardus Archiepisc. cum ei resistere non posset, foedus iniit cum Matthia Rege Vngariæ, tunc hoste Cæsaris, eiq; omnes arces & ciuitates, quæ ab Imperatore nondũ occupatæ erant, in tutelam tradidit. Hinc ex vtraq; parte rapinæ, cædes & vastationes sunt subsequutæ: Tandem Bernhardus, multis acceptis damnis, Viennam iuit ad Imperatorem, & pluribus renitentibus Episcopatum resignauit, & Iohannem Strigoniensem Archiepiscopum secum Salisburgium, in Vigilia Epiphaniæ, adduxit.

ANNO ergo 1482. 14. Ianuar. in præsentia duorum Capitularium & Prouincialium, cessit administratio Ecclesiæ Salisburgensis Iohanni Strigoniensi Archiepiscopo; ita tamen vt recuperaret Ecclesiæ Salisburgensi dominia ac bona, in hac dissensione amissa; & Capitulum vnà cum Prouincialibus à iuramento, quod dederant Regi Vngariæ, per Bernhardum absolutum est, excepto Christophoro ab Ebron, Præposito, qui voluit fidem Matthiæ Regi Vngariæ datam seruare, & propterea exulabat vsque ad finem vitæ suæ in Halmberg & Müldorf, obiitq; Anno 1491. 20. Ianuarij, sepultus in Capitulo Salisburgensi. Per istam cessionem, Bernhardus mitigauit aliquo modo iram Imperatoris. Certè isto casu Ecclesiæ Salisburgensis magnam rerum suarum fecit iacturam, quæ plus quàm centum mille Ducatorum æstimata fuit.

IOHANNES Strigoniensis post Salisburgensis Archiepiscopus factus est, 54. Anno 1482. Iste, vt damna & impensas, quas Salisburgensis Episcopatus antea fecerat, refarciret, nouum vectigal instituit, ex sale, de quo singulis annis plus quàm 4000. florenos sustulit.

EODEM tempore impetrauerunt ciues Salisburgenses ab Imperatore Friderico, consentiente Episcopo Iohanne, ius creandi singulis annis Consules & Magistrum ciuium, quibus antea carebant. Rex Vngariæ Matthias ex Castris, quæ in tutelam à Bernhardo Archiepiscopo acceperat, præsertim Castro & vrbe Friesach, cum Vicedominatu illius decedere noluit; Eò quòd Bernhardus sine ipsius consensu Imperatori reconciliatus fuerit, eiq; datam fidem fregerit. Idcirco Castra ea retinuit, vsque dum vixit, quæ post ipsius mortem per Fridericum Archiepiscopum demum recuperata sunt, &c. Ipse Bernhardus in Titmoning profectus est, nihilominus priorem titulum vsurpans, & in arce illa reliquum vitæ exegit, in qua Anno 1487. ictus Appoplexia obiit. Auctus est inde Salisburgam, & in summo Templo, coram altari D. Virginis sepultus, cum rexisset annis 21.

MORTVO iam Bernhardo, Domini Capitulares postulârunt, vigore supra allegatæ prætensæ consuetudinis, vestes defuncti Archiepiscopi, quas cum Iohannes iste illis dare recusasset, maior pars Capitularium, nempe Sigismundus Hohenecker, Rudolphus Kienberger, Christophorus Notthafft, excesserunt vrbe ad Christophorum Ebron, ipsorum Præpositum, qui tùm in Müldorff exulabat, eumq; in Episcopum elegerunt: Nullus itaq; Canonicorum in vrbe remansit, præter Decanum, Andream Mautner de Katzenberg, & Fridericum Comitem de Schaunberg, Plebanum, qui non consenserant in illorum electionem; Sed & Canonici illi vnà cum Præposito electo fuerunt postea excommunicati.

IOHANNES Archiepiscopus ex mandato Imperatoris duas Legationes susceperat: Vnam in Burgundiam & Brabantiam ad Maximilianum Imperatoris filium; Alteram ad Principes Imperij, pro eiusdem Maximiliani electione, in Regem Romanorum, fecitque tum magnos sumptus, sine tamen detrimento Ecclesie Salisburgensis; Et si ipsi vita suppeditasset longior, maximo emolumento fuisset eidem Ecclesie: Erexit multa ædificia, & collapsa vetera reparauit; Reliquit multa Clenodia & vasa aurea & argentea, quæ secum ex Vngaria attulerat; Dono dedit item Choro summi Templi Crucem auream, valentem septem Marcas auri, pretiosissimis lapidibus ornatam; Item insulam gemmis intertextam. Mortuus est, Anno 1489. Mense Decembri, Ictericus & Hydropticus, sepultus ante Aram S. Rudperti, præfuit Annis septem, Menses vnde-
cim.

55. **F**RIDERICVS quintus, Comes à Schaunberg, Plebanus Salisburgensis eligitur Archiepiscopus post mortem Ioannis, per venerabiles Patres, D. Rupertum, Abbatem sancti Petri, Iacobum, Abbatem sancti Michaëlis in Beurn, & Magistrum Leonhardum Angerer, causarum Procuratorem in quos supra dicti, Decanus & Parochus Salisburgensium, soli ibi residentes, reliquis Canonicis, ut dictum est, exulantibus compromiserant; Confirmatur clementissime à Summo Pontifice, & Anno 1490. Dominica Iubilate, intrauit ciuitatem, & ut mos est, benedixit populo; sequenti die accepit iuramentum à suis, à Prouincialibus & ciuibus; Dominica Cantate à Gregorio Episcopo Chiemensis consecratur, in præsentia Seccouiensis, Laurentinensis & Salent. Episcoporum.

ANNO 1493. die 19. Augusti, in funere Imperatoris Friderici, cum iste Fridericus exequias cecinisset, Viennæ apud sanctum Stephanum, à Maximiliano Romanorum Rege regalia magna cum solennitate accepit, quæ antea ab ipso Imperatore Linzæ bis petierat Archiepiscopus Fridericus, nec tamen impetraverat.

ANNO 1494. die 4. Octobris, Fridericus Archiepiscopus Hydropticus moritur. Redemit iste Fridericus supradictum Vicedominatum Friesacensem à Stipendiariis Regis Vngariæ Matthiæ, qui Anno 1490. obierat. Rexit Fridericus Annos quatuor, Menses decem, sepultus est in Sacello S. Annæ.

56. **S**IGISMVNDVS secundus ab Holeneck, Decretorum Doctor, Magister Hospitalis, fit Archiepiscopus, Anno 1495. die 16. Octob. die 15. Nouembris, fuit per Alexandrum sextum confirmatus: Deinde, sexto die Februarii anni sequentis, intrauit ciuitatem, benedixitque populo. Postea, quinta Dominica post Epiphaniam, à Gregorio Episcopo Chiemensis, præsentibus Episcopis, Pataviensi, Laurentinensi, Seccouienti & aliis Prælatibus, est consecratus.

EODEM ANNO, Sigismundus Wormatiam profectus est, vbi Romanus Rex, & alij Principes Comitibus intererant; habebat secum comitem itineris, D. Gregorium, Episcopum Chiemensis, qui vix Salisburgo egressus, in pontestruuij Sala Apoplexia ictus, & reductus Salisburgum, mortem obiit: Die quinto post, Archiepiscopus de ipsius morte certior factus; die sancti Floriani in Pruck, propè Fürstenfeldt, contulit Episcopatum Chiemensis D. Ludouico Ebmer, Præposito sancti Zenonis, & Officiali Curie Salisburgensis, quem postmodum secum Wormatiam duxit: Die autem Corporis CHRISTI, qui fuit 18. Iunij, Maximilianus Romanorum Rex contulit Regalia Ecclesie Salisburgensis Sigismundo Archiepiscopo, in camera Curie Episcopalis, coram Electoribus & multis Principibus. Finitis paucis diebus, Sigismundus Archiepiscopus, propter debilitatem corporis, iter SALISBURGIVM versus arripuit, sed inualescente morbo in oppido Müldorff mortem obiit, tertio Iulij, Anno 1495.

Ductus

Ductus est SALISBURGIUM, & sepultus ante Aram sanctæ Crucis, cum rexisset Ecclesiam post consecrationem Mensibus quinque, diebus quinque.

LEONHARDVS à Keutschach eligitur Archiepiscopus, Anno 1495. 7. Iulij. Iste Anno 1460. cum esset adhuc Iuuenis, venit in Monasterium Oberndorff in Carinthia, prope Wolckenmarckt; ibi fuit ab anno probationis vsque ad Annum 1461, factaque professione, mansit in eo statu vsq; ad Annum 1467. ibi fit Oeconomus Monasterij; postea Anno 1473. creatus est Præpositus ad D. LAURENTIUM. Eo munere functus est Annis octo, vsque ad Annum 81. Quo Anno electus est, die sancti EGIDII, Præpositus dicti Monasterij Oberndorff: Eius dignitati præfuit Annis nouem, vsque ad Annum 1490. Ibi Monasterium & Præposituram, quæ per ignem cælitus incensa conflagrânt, instaurauit, & ab irruptionibus Turcorum egregiè defendit. Cum verò Præpositura Salisburgensium, partim dissensione Capitularium, partim bellis intestinis exhausta, in potestatem cuiusdam Cardinalis Galli deuenisset; ipsè Leonhardus Romam profectus, eam fauore Imperatoris Friderici tertij 3000. floren. è manibus Cardinalis redemit, eamque multis honorariis & Clendiis auxit & ornauit; Cumque Præposituram Annis octo laudabiliter rexisset; tandem consensu Capituli Reuerendo admodum in Christo Patri, D. Rudolpho à Kienburg, Canonico & Plebano Salisburgensi, eam contulit.

ANNO 1498. Leonhardus Archiepiscopus omnes Iudæos, quorum fraude & avaritia pauperes non mediocriter grauabantur, Salisburgo & tota ditione Salisburgensi expulit, & seuerè statuit, ne cuiquam Iudæo, vel vsurario commorandi facultas inter suos præberetur; posthabitis etiam vectigalibus, quæ Iudæi singulis Annis Camera Episcopali pendebant.

ANNO 1500. quidam ciues primarij Salisburgenses, facta conspiratione, eximere sese conati sunt Iurisdictioni Episcopatus; sed Leonhardus, cognitis ipsorum consiliis, inuitauit illos ad sese, tanquam conuiuio excepturus: Quos cepit, captiuosque iussit in Arcem deduci: statuerat enim ipsos pœna capitis afficere. Sed interuentu & intercessione quorundam Magnatum, qui fortè fortuna aduenerant, certis conditionibus illis vitam concessit.

MAGNIS beneficiis iste Archiepiscopus Ecclesiam Salisburgensem cumulauit, multa prædia ab Episcopatu bellis abalienata & direpta redemit & instaurauit,

DECIMAS & alias possessiones in Vicedominatu Leibnitz, plusquam 22000. floren. redemit: Similiter & Gmund, solutis Regi Romanorum Maximiliano 30000. floren. in potestatem Episcopatus redegit, vbi & Arcem, quæ incendio perierat, iterum erexit; nouumque Dominatum de Rupa, à generosis Dominis de Weispriach 7000. floren. emptum, Episcopatu adiecit; Castrum item Stall, cum omnibus ad id pertinentibus, Dominis de Graben quondam oppignoratum, à Domino Vergilio de Graben redemptum, Archiepiscopatu denuo incorporauit.

PREFECTURAM Vandorff à Friderico Hofman, Dominium Wildeneck eum omni Iurisdictione, Monasterium Mansee, cum oppido ibidem & S. Wolfgango, à Romano Rege Maximiliano 12000. floren. emit: Dominia Voytgericht Müldorff, Item Hochgericht prope Müln, Ducibus Bauariæ impignorata, ab Illustrissimo Duce Wolfgango, Tutore Illustrissimorum Ducum Bauariæ, Wilhelmi, Ludouici, Ernesti, &c. 9000. floren. Vngaricis, Archiepiscopatu acquisiuit: Insuper Arces quasdam in Ducatu Austria, Stiria & Carinthia, vetustate penè conuulsas, reparauit: Ex quibus sunt Traismaur, Frisacum, Leibnitz, Lanndspurg, Dackenprunn, Stein, Oppidulum ad S. Andream in valle

Laurentina, Altenhouen, Lebenavv, Stauffeneck, &c. Vinaria quoque in Rastat fieri, & montem vulgò *Rattstatter Thaur*/vt onustis curribus iter præberet, præparari curavit; vulgò *die Werck*/prope flumen Salzach ab Hallen, vsque in Ditmoning, noua itinera *Hirspunt*/versus Rauris, Dâchsenpach, magnis impensis fieri curavit; signauit quoque florenos Vngaricos & Rhenenses ex auro optimo: Item grossos & obulos argenteos in iusto valore & pondere.

ALTARE S. Rudperti, in Choro summi Templi, multis pretiosis Clendjiis, ex verè Archiepiscopali munificentia & liberalitate decorauit.

ARCEM firmissimam ciuitatis Salisburgensis muniuit fossa, aliaque insignia ædificia in ea extruxit, & duo Sacella ædificauit, quæ ipse consecrauit: Quæ omnia plusquam 26300. floren. constiterunt: Castellum & ciuitatem Petravv, quæ in bello Vngarico Matthæo Regis Vngarorum & Friderici Imperatoris, in potestatem Friderici & filij Maximiliani venerant, à Maximiliano, singulari vsus prudentia 20000. florenis Episcopatu iterum asciuit.

CASTRVM Vter in Comitatu Tyrolensi situm ab Imperatore Maximiliano redemit; Altare S. Hieronymi in summo Templo propriis sumptibus fieri instituit, Missamq; perpetuam in eo fundauit; cui de omnibus necessariis calicibus, patinis & reliquis ornamentis copiosissimè prouidit.

ANNO 1519. Leonhardus Archiepiscopus, cum laudabiliter & verè paternè Episcopatu præfuisset Annis 24. moritur in Arce Salisburgensi, feria tertia post festum Erasmi, sepelitur in Sacello D. Hieronymi. De Leonhardo isto ac successore eius Matthæo Maximiliano Cæsar facerè admodum fertur dixisse, habere se duos Capellanos, quorum alterum non possit exhaurire, alium verò non replere, alludens ad huius parsimoniam, & alterius sumptuositatem, &c.

58. **MATTHÆVS** Lang à Wellenburg, peruetusta Patriciorum Augustanorum familia natus, Præpositus primùm Augustensis, deinde Gurcensis Episcopus, factus postea Romanae Ecclesiae Cardinalis, & Maximiliani Imperatoris intimus Consiliarius, fit Archiepiscopus, Anno 1519. Fuit Vir singularis prudentiæ & doctrinæ, magnificus, beneficus, & maximè hospitalis, qui de omnibus infimis pariter ac summis benè mereri studuit, & propterea apud omnes Principes Germaniæ, præsertim apud Maximilianum Imperatorem, cuius intercessione ad hunc Episcopatum peruenit, magna valuit autoritate.

ANNO 1523. Dissensio inter ciues & Archiepiscopum facta est, eò quòd ciues noluerint illi debitam obedientiam præstare: Quod cum intellexisset Archiepiscopus, clam in Comitatu Tyrolensi conductis militibus, quibus præfecit Leonhardum à Vels, ad Grâding castrametatus est: Quare ciues consternati mittunt ad eum Legatos, orantque veniam & pacem; Archiepiscopus instructa acie ciuitatem ingressus, supplices omnes in fidem recepit: Quod postea latinum bellum, Germanicè *der Lateinisch Krieg* dictum est.

SvB hoc Matthæo orta est seditio Rusticorum & Ciuium, qui Episcopatu parebant, propter quendam capitis supplicio affectum, nomine Stöckl, qui vna cum aliis per vim eripuerat Archiepiscopo Sacerdotem, quem aliena à fide Catholica docentem Matthæus Archiepiscopus iusserat perpetuæ custodiæ tradi: Isti tumultus sedati postea sunt, mediante Ludouico Duce Bauariæ,

tt. Anno 1526. †

Hoc Anno, 16. Nouembris, obiit D. Rudolphus à Kienburg, Præpositus, & Archidiaconus Salisburgensis, sepultus in ambitu, Vir omnium virtutù splendore ornatus, diuini cultus & Christianæ religionis diligentissimus obseruator, in oratione feruentissimus, in celebrando frequentissimus; ei substitutus est D. Balthasar à Lamberg, Canonicus, Decanus & Officialis curiæ ibidem.

Rvstr

RVSTICITERUM violata fide, quam Domino suo dederant, seditionem moliti sunt; sed illis Archiepiscopus 13. signis militum occurrens, dispalauit & prostravit ipsorum agmen. Multa præclara ædificia in Aula & Arce ciuitatis construxit, plantauit idem vineam, quæ respicit pratum Abbatis S. Petri, eamq; omnis generis exoticis arboribus locupletauit. Mortuus est Anno 1540. feria tertia paschali, cum vixisset Annis 72. & præfuisset Ecclesiæ Salisburgensi Annis 20. & 10. Menses, sepultus est in summo Templo ante Aram D. Rudperti.

ERNESTVS Comes Palatinus Rheni, Bauariæ Dux, Alberti & Kunegundis, Friderici Imperatoris filiæ proles, à Iohanne Auentino Historico rudimenta bonarum literarum percepit, Iasonem Maynum Ticini paucis diebus audiuit, Mathematicas disciplinas amauit: Rerum fossilium & Metallicarum tantam est assecutus notitiam, quantam in tota Germania quiuus alius. 59.

FVIT Patauiensis Episcopatus Administrator; Postea, Matthæo Lango mortuo, factus est Archiepiscopus Salisburgen. Anno 1540. impetrauit pallium à Paulo tertio Summo Pontifice, per suos Nuncios, qui fuerant de Capitulo, Wilhelmum de Trautmansdorff & Eberhardum de Hirnhaim, Canonicos, Christophorum Trauner ex Nobilibus, & Bertholdum Tenn ex ciuibus. Fuit Princeps placidissimus & laboriosissimus, qui die & nocte supplices suorum libellos legit, decreuit, decreta etiam nonnunquam Amanuensibus ipse dictauit, summaque tranquillitate prouinciam, sine exactioibus & grauaminibus, administrauit annis 14. † Cum verò natura propensior esset ad res domesticas procurandas, quàm spirituales obeundas, maioresque Ordines suspicere nollet, ne longiorem dispensationem à Summo Pont. impetrare posset; tandem Anno 1554. Episcopatum Capitulo Salisburgensi liberè resignauit. 60.

ISTE postea Ernestus in Comitatum Glatz, in Bohemia, nuper à se ex proprio patrimonio emptum, profectus. Ibi vixit vsque ad Annum 1560. quo mortuus est Mensè Decembri: Reuectus postea Monachium, apud Maiores suos sepultus est. Multis ille pretiosis vestibus & Casellis, ad rem sacram faciendam, necessariis, Ecclesiam Salisburgensem, pio erga Catholicam religionem affectu auxit. Auxit item stipem 12. Vicariis & 6. Choralibus; illis 5. his verò duob. florenis singulis Angariis, cum certis ac perpetuis redditibus.

MICHAEL à Khienburg, Carinthius, Canonicus Salisburgensis & Patauiensis, Vir pietate, vitæ castimonia, doctrina & beneficentia in omnes, præsertim in pauperes & studiosos insignis, factus est Archiepiscopus, Anno 1554. Eodem Anno impetrauit Pallium Romæ. 60.

ANNO sequenti die Trium Regum, intrauit Urbem Salisburgensem, more solito: Interfuit binis Comitibus Augustanis, sub eo tametsi multa Nobilitate; aliisque splendidam Aulam haberet; nihilominus res Salisburgensis Ecclesiæ mirum in modum creuerunt, & ex fodinis Metallicis ita auctæ sunt, vt vix multis retro Annis vnquam.

MVLTIs præclaris ædificiis Aulam & ciuitatem illustrauit & ampliauit. Dum autem ex Bauaria à venatione, ad quam ab Alberto Duce Bauariæ Geysoueldam vocatus fuerat, domum properaret, in itinere, non procul ab illo vico in mediis campis, Apoplexia extinctus est 17. Nouembris, Anno 1560. Corpus Salisburgum allatum, cum maximo omnium planctu exceptum, & honorificè sepultum est ante Aram D. Rudperti. Rexit Annis sex.

IOHANNES IACOBVS Khuen Tyrolensis, Decanus Brixienfis, & Canonicus Salisburgensis eligitur concordibus votis Canonicorum, 26. Nouembris, eodem Anno 1560. confirmatur, sequenti Anno, ac per Wolfgangum, Patauiensem Episcopum Pallio à summo Pontifice missò decoratur. Tentauit, eodem

eodem Anno in Decembri, Alueum falsæ fluminis, apud Goldingum oppidulum, inter horridas rupes nimis angustum dilatare ac nauigabilem facere, & hoc non sine magnis sumptibus, sed ob loci asperitatem, precipitisque Catharactæ difficultatem frustra, &c. Anno 1562. arcem Werffen loco natura munitissimo, ex antiquis ruinis vindicandam statuit, eamque ita extruxit, ac tormentis bellicis communiuit, vt hostiles etiam maximos impetus sustinere possit. Eodem Anno, conuocatis Episcopis, Frisingensi, Ratisponensi, Patauiensi, Brixinensi, ac cæteris Suffraganeis, cum illorum, nec non Alberti Ducis Bauariæ Legatis Salisburgi de legatione ad Concilium Tridentinum consultatum est, eoque missi sunt in Aprili, Hercules Rëtinger, Episcopus Lauentinus, Felicianus Ninguarda tum Theologus, nunc Episcopus Scalensis, & Apostolicus Nuncius, & Iohannes Baptista Ficklerus, eo tempore Secretarius, iam verò I. V. Doctor & Consiliarius Saltzburgen. Vir doctus & Catholicus, qui Annales Salisburgenses sui temporis diligenter colligit, ac mihi quædam communicauit; ex quibus, quæ ad hunc Archiepiscopum pertinent, pro ipsius honore excerpta, & hæc breuibus annotata sunt. Communicauit mihi idem Doctor Ficklerus peruerulum librum, in membranis scriptum, veterum diplomatum ac traditionum, Monasterij Admuntensis, cuius in hoc opere etiam aliquando fit mentio, &c.

INTERFUIT hic Archiepiscopus Comitibus Augustensibus Anni 1566. nec non conuentui Electorum Ratisponæ Anni 1576. In quo Rudolphus Rom. Rex electus est, nec non sequentibus Comitibus, in eadem Ratisponensi vrbe, Anno, &c. 77. celebratis, non solum Austriacis Principibus Rom. Imperatoribus ac Regibus: Verum etiam Electoribus ac cæteris, præsertim Augusto Electori Saxonie & Alberto Bauariæ Duci, cuius ferè omnes Nepotes ex filio Wilhelmo propria manu baptizauit, acceptissimus. Anno 1567. die 30. Iulij, flumen Salza duarum noctium vnusque diei imbribus vsque ad vesperam ita excreuit, vt pontem, qui urbem Salisburgensem suburbio iungit, cubito altius superaret, quem aquarum vis, nisi ingenti robore tam arte connexus ac maximo pondere grauatus foret, planè sustulisset: Ex inundatione ista innumerabilia damna facta, tum in hominibus, quorum non pauci perierunt, tum in iumentis, ædificiis, agris, pratis, hortis, lignis, septis riparum, munimentis & aliis, præsertim apud Halhulam oppidum supra Salisburgum; vbi officina Saliscoquendi destructa atque ingens copia parati Salis submersa periit, quæ omnia damna ultra valorem centum mille aureorum æstimata sunt; obseruatum tum est, ipsam dictionem D I L V V I V M, huius Anni inundationem penè indicare, cum ex eius literis, quæ omnes numerales sunt, hic Annus 1567. colligatur, &c.

Hoc ipso Anno 17. die Octobris, circa meridiem Salisburgi, ventus vehementissimus exortus, per noctem in die sequentis meridiem durans, non solum pleraque tecta detexit, verum etiam ædificia grauitè concussit, aliqua diruit, & cum flatu turbino ac calido niues alpium non pridem proiectæ resoluenterentur, concurrentibus vndique torrentibus, flumina, inter quæ & Salza, iterum adeò excreuerunt, vt riparum aggeres nuper maximis sumptibus ac laboribus resectos denuo deuastarint, deniq; parum minoris damni, quam superior attulerit inundatio.

ANNO 1569. die 15. Martij, Synodus Salisburgi congregata est, cui interfuerunt, Ernestus Bauariæ Dux, Administrator Episcopatus Frisingensis, Urbanus Episcopus Patauiensis: Item Brixinensis, Gurcensis, Seccouien. & Chie mensis, Episcopi, præterea multi alij Ecclesiarum Prælati & Abbates.

PORRO 14. Iunij eodem Anno, ob frequentes & grauissimos imbres, à Kastino alpium oppidulo aquis maximo impetu erumpentibus, 51. domus sublata ac folio æquata sunt, desideratis plus 200. hominibus.

ANNO

ANNO 1570. circiter octauum diem Iunij, in quibusdam locis Salisburgen-
sis Archiepiscopatus & Bauariæ de cælo miraculose frumentum pluit, præser-
tim in Præfectura Alten Thann tribus milliariibus à Salisburgo, versùs Austriam;
Item Maurkirchij, vico Bauariæ, non procul ab Oeno: Item in Vico Riedensi,
aliisque non nullis locis, grana frumenti similima boni saporis, corticis subtilis
adeò, vt quicquid substantiæ haberet, totum in se farinam contineret, quod &
molendò expertum est: Circa eadem tempora summa fuit annonæ caritas, fa-
mesque passim; præsertim in Carinthia, Styria & Austria, terris aliàs feracissi-
mis frumenti.

ANNO 1571. tertia die Augusti, Ditmoning ad Salsam situm oppidum
ditionis Salisburgen. noctu fulmine tactum, igne inextinguibili, paucis exceptis
ædiculis, in loco excelsiore sitis, ferè totum miserè periit. Pestis quoque tum Sa-
lisburgi, tum aliis eius ditionis locis grassatur, multis hominum millibus absor-
ptis, Archiepiscopus ad Müldorff confugit.

ANNO 1572. 6. Iunij flumen Salsæ iterum inundauit, vt plus quàm viri alti-
tudine inundationum superiorum signa vinceret, nimia scilicet imbrium fre-
quentia maxima damna hominibus, iumentis, ædificiis & aruis inferens; quæ
postea maximis sumptibus instauranda fuerunt.

ANNO 1573. die 26. Augusti, Salisburgi iam secundo collecti sunt Suffra-
ganci ac Pralati provinciæ ad Synodum, in qua constitutiones illæ compositæ,
quæ Typis mandatæ sunt; hæc die 3. Septembris finitur.

DIE 13. Nouembris, Salisburgi Cometa apparuit aspectu grandis & terribilis.

DIE 26. eiusdem ad oppidum Hallensè supra Salisburgum, in Mineris sa-
linariis, intra Montis viscera 6300. pedes ex solido salinario lapide excisus est
Vir, ex omni parte integer, cum barba, superciliis, crinibus, vnguibus & vesti-
bus quoque in consumptis, capite nonnihil compressus, carne consolidata &
exiccata, staturæ nouem spitamarum: Constitutum erat hunc Salisburgum
deferri, vt ibi ob rei mirandæ perpetuam memoriam seruaretur; sed cum Ca-
daver hoc per aliquot septimanas aëri expositum, diffluere ac corrumpi inci-
peret, terræ conditum fuit. Coniectum est, hunc ante hominum memoriam,
inter fodendum casu quodam absorptum huc vsque delituisse.

IDEM Archiepiscopus iam inde propemodum ab initio sui regiminis,
montem illum, qui supra Hallulam est, & Dirrenpach appellatur, indicibili
sumptu, propter eruendam salis materiã suffodi, atque per aliquot millia pe-
dum spacium, per solida Saxa meatu, vsque ad salis mineras excindi curauit,
quo loco Mons Iohannis Iacobi nunc vocatur. Aulam quoque Episcopalem in
Urbe Salisburgensi multis nouis ac splendidis ædificiis exornauit.

VIAS ad Salsam fluuium per angustias inter Goldingum & peruiam, id est,
Werfen, & vterius ad Fericiam flumentum rapidissimũ, qua valle peruia Rasta-
dium itur, per durissima Saxa ampliauit, produxitq; maximis laboribus & ex-
pensis. Multo autem maioribus nouam per montes Arule maioris excindi fecit.

ANNO 1579. in festo S. Matthiæ Apostoli, qui fuit dies 24. Februarij, D.
Archiepiscopus apoplexia corripitur, dum à prandio in cœnaculo Aulico co-
mœdiam auscultat.

ANNO 1580. 18. die Iulij vnanimi consensu Capituli electus & datus est
Archiepiscopo coadiutor D. Georgius à Kienburg, Canonicus ac Præpositus
ibidem, Vir iuxta pius, doctus ac exemplaris, vt hic quotidianis ac grauioribus
negociis præesset, ac decumbens Archiepiscopus minus molestaretur. Confir-
mata est hæc electio à Sede Apostolica, atq; electus propter maiorem commo-
ditatem in curiam Episcopalem hoc 1581. anno commigrauit, quo ipso anno in
autumno

autumno ego vtrumque, cum Salisburgi essem, officiosè visitavi, deprehendique in Archiepiscopo defectum quidem sinistrae manus ac pedis; verum aliàs intellectum integrum ac linguam in respondendo ac interrogando adhuc pro qualitate satis expeditam. Omnipotens vtrique suam gratiam diutius viuendi ac benè gubernandi præstare velit. Amen.

Præpositorum summi Templi Salisburgensis Catalogus.

1. HERMANNVS primus Præpositus Salisburgensis moritur, Anno 1119.
2. GEBNO obiit Anno 1136.
3. HUGO obiit Anno 1170.
4. SIBOTO obiit Anno 1184.
5. GVNDACHERVS moritur Anno 1196.
6. BERTOLDVS Romæ moritur Anno 1200.
7. BERNHARDVS olim Præpositus de Berchtensgaden, postea Salisburgensis, eo ipso Anno resignat Præposituram, 5 Idus Augusti in Rastat.
8. ALBERTVS Chiemensis Præpositus resignat Præposituram Anno 1212.
9. OTHO factus Episcopus Gurcensis, Anno 1212.
10. ADALBERTVS moritur Anno 1219.
11. ADALBERTVS, Salisburgensis Ecclesie Custos & Canonicus, qui Anno 1232. Episcopus Chiemensis creatur.
12. CHVNO, Decanus Salisburgensis Ecclesie obiit Anno 1242.
13. OTHO Canonicus Salisburgensis obiit Anno 1262.
14. FRIDERICVS de Wallen factus postea Archiepiscopus Salisburgensis, Anno 1270.
15. HEINRICVS Præpositus Salisburgensis factus postea Episcopus Seccouienfis Anno 1292.
16. FRIDERICVS de Mitterkirchen, antea Decanus eiusdem Ecclesie, qui eodem Anno 1292. fit Episcopus Chiemen.
17. HELMBLICVS obiit Anno 1307.
18. WICKHARDVS de Polhaim factus Archiepiscopus, Anno 1312.
19. FRIDERICVS de Leibnitz, Præpositus & Archidiaconus Salisburgensis, factus postea Archiepiscopus Anno 1315.
20. IOHANNES Rechenberger, aliàs Reissberger, Præpositus, Anno 1418. Ita habet Chronica Episcoporum.
21. BVRCKHARDVS de Weispriach Præpositus, fit Archiepiscopus Salisburgensis, Anno 1461. cui in Præpositura successit Fridericus Prancker.
22. FRIDERICVS Prancker obiit Anno 1467.
23. CASPARVS de Stubenberg obiit Anno 1478. Mense Octobri.
24. CHRISTOPHORVS Ebron, Canonicus Salisburgen. Exul in castro Halbenberg, & Müldorffij. Obiit, Anno 1491. 21 Ianuarij.
25. LEONHARDVS à Keutschach fuit Præpositus factus Archiepiscopus, Anno 1495.
26. RVDOLPHVS à Kienburg, Canonicus & Plebanus Salisburgensis, moritur Anno 1526. die 16. Nouembris.
27. BALTHASAR à Lamberg, Canonicus & Decanus Officialis Salisburgen. obiit Anno 15.
28. EBERHARDVS de Hirnbaim, Canonicus Salisburgen. qui Anno Domini 1552. factus est Episcopus Eichstadien Ibidem obiit Anno 1560.
29. CHRISTOPHORVS de Lamberg, Canonicus ac Decanus Salisburgen. successit Eberhardo in Præpositura ac obiit Anno 1579.
30. GEORGIVS de Kienburg, Canonicus, Vir equè pius doctus ac prudens; qui & nuper Reuerendissimi Archiepiscopi Salisburgen. Ioann. Iacobi Khuen coadiutor ac successor legitime electus, adeoq; confirmatus est.

yy.

ADDI-

ADDITIONES.



AUAVIA, in Norico mediterraneo Romanorum Colonia iuxta alias cele-
bris, sicut ex Notitiâ vtriusq; Imperij, & aliunde constat; varijs passim no-
minibus appellatur. Iuuauum, Iuuauo, Iuauo, in tabul. Peutengeriana,
vbi flumen Iuaro: vel Iuuarum auctori nostro. alijs Topia; quibusdam Iopia;
ad quorum auctoritatem non immerito hebet accuratissimus omnis antiquita-
tis literata indagator & censor, Eugippij Scholiastes, ad cap. XXIV. vita S. Seuerini In
Diplomate Leonis PP. supr. pag. 4. inserto, Petena quog; nuncupari dicitur. Quod verò
de Norico mediterraneo mentio habita; sciendum, Noricum vniuersum circumscri-
bi à Ptolomeo occasum versus Oeno, septentrionem Danubio fluuijs, ortum
Cetio, meridiem Caruencis montibus: prouincijs verò ad occasum Retiâ,
Germaniâ magna ad septentrionem, ad orientem & meridiem Pannoniâ atque
Italiâ. Ea pars, quæ ad Danubium vergit ripensis, reliqua mediterranea dicta
est. Posteriori a quo Noricum ferè Boiaria est. & hæc, cum deinceps frequens vtriusq;
Norici mentio fiat, semel ex Eugippij Scholiaste monuisse sit satis.

Absq; Eugippio esset, ferè nulla rerum tunc gestarum superesset memoria: qui v-
nus, quàm misera & deplorata illis temporib; harum prouinciarum fuerit condicio, abun-
dè docet.

Pontificem eius loci) presbyterum S. Maximum intellige, non Pontificem: de quo;
& alijs L. V. martyrib; consule R. P. Mattheum Raderum Tom. 1. de sanctis Bavaricæ,
pag. 32.

Fratres Theodonis) de fratribus Ducis Theodonis Vtone & Thietbaldo, neque ex
Arnonis Archiepiscopi adnotatione, neq; ex S. Ruperti vitâ; sed nec villo alio probato aucto-
re constat: sed commentitios hos fratres esse, cum aliâ tum diuisio Bavaricæ quæ inter Theo-
donem & fratres facta manifestè redarguit. Vide de his Velfer. Rec. Boicar: libr. IV. ad
annum 616.

Inferendam hoc loco censuimus adnotationem Arnonis Archiepiscopi Salub. ex qua de
pietate & amore promouendi cultus diuinitatam Theodonis Ducis, quàm filij Theodoberti &
aliorum liquide constat.

ANNOTATIO ARNONIS

Episcopi tempore Caroli Magni

Regis Francorum.

DE hoc vero quod ad Episcopatum beati Petri primi pastoris Ecclesiæ,
sanctorumque Apostolorum principis, quod constructum est infra oppi-
dum SALZBURG, in pago LABAOCENSIVM, super fluuium IGONTA, qui
alio nomine SALZARA vocatur, vbi & dominus ROBERTVS Episcopus
atque Confessor vna cum Socijs corpore requiescit, & inibi traditum fuit, &
vbi præst venerabilis vir per diuinam misericordiam & mercedem domini no-
stri Caroli excellentissimi Regis Arn. Episcopus.

Theodo-
dus.

Primum quidem tradidit THEODO Dux, prædictum oppidum simulq; & castrum superiorem domino ROBERTO, cum terminis denominatis & confinibus vel omnibus appendiciis suisque adiacentiis, vna cum campis, siluis, alpes, aquis, aquarumque decursibus, sicut ad supra memoratum oppidum, vel castro Salzburch & reliqua loca vel possessiones, sicut inferius scriptum esse videtur. Similimodo tradidit idem Dux villa nuncupante PIDINGA, in pago Salzburchoue, iuxta fluuium SALA mansos XXX. inter vestitos & apfos, vel quicquid ad ipsos mansos aspicitur. Simulque & tradidit iam dictus Dux in eodem pago, in loco qui vocatur SALINAS FORNACES XX. & totidem pacellis, & tertiam partem de putatorio ibidem concessit, quod barbarice dicitur GALGO. Insuper & iam dicto loco concessit decimam de sale de thelonio quod datur incenso dominico. Nec non & præfatus Dux tradidit Romanos & eorum tributales mansos LXXX. inter vestitos & apfos, commanentes in supra dicto pago Salzburgense, per diuersa loca. Simul & iam factus Dux tradidit in pago ARRAGOE secus torrentem FECHLESABA romanos & eorum mansos tributales. V. inter vestitos & apfos. Itemq; tradidit supradictus Dux in præscripto pago Salzburgoe duos alpes, qui vocantur GANZO & LADVSA, in quo sunt tantummodo pascua ouium. In pago vero Drunense tradidit memoratus Dux villulam, quæ vocetur Pachman, cum mansos X. inter vestitos & apfos, cum silua & prata vel pascua ad eandem villam pertinentem, & in pago etiam Tonagoe tradidit ipse Dux secus amne Danubio iugeres vinearum duas, prope ciuitatem Reganesburcha dicta.

Theodber-
tus Dux.

SUCCEDENTE vero filio eius Theodberto Duce, qui tradidit villulam nuncupante Vzelinga in iam dicto pago Salzburchoe, secus fluuium Salzaha, mansos XX. inter vestitos & apfos, cum omnibus appendiciis ad eam villulam pertinente. Itemque tradidit ipse Dux in loco qui dicitur Cucullos in supradicto pago Salzburgoe, super fluuio Salzaha, id est mansos III. vestitos & prata vel pascua ibidem pertinentia. Ipseque Dux tradidit villam nuncupante Vualarfeo in eodem pago secus stagnum Vualarfeo mansos X. inter vestitos & apfos, & siluam vel aquarum decursionem in fluenta quæ vocatur Vischaha, & quidquid ad eandem villulam pertinere noscunt, simulque & locellum, qui vocatur Talgoe in supradicto pago Salzburgoe in quo est silua, prata, vel pascua. Pari modo præfatus Dux in supradicto pago tradidit villulam nuncupante Titamaninga in qua sunt mansi XXIII. inter vestitos & apfos, vna cum siluis, campis, pratis, seu farinariis, vel quidquid ad ipsam villulam pertinere videtur. In pago vero Isanagoe super riuulum Isana tradidit idem Dux villa nuncupante Ehardinge cum mansos XV. inter vestitos apfos, cum pratis & campis vel siluas atque farinariis ad eandem villam pertinente. Aliam vero villam in eodem pago tradidit ipse Dux nuncupante Tuzzlinga cum mansi XV. inter vestitos & apfos, vna cum terminis & confinibus suis ad eandem villam pertinente. Tradiditque memoratus Dux in pago Opingoe villam nuncupatam Opinga, in qua sunt mansi XX. inter barcalcicos & seruos & inter vestitos & apfos cum campis, pratis & siluis & omnibus appendiciis suis.

Theodber-
tus Dux.

SUCCESSOR namque filius eius Huchbertus Dux, tradidit in pago Rotagoe villa nuncupante Sauarstedi cum mansos XX. inter vestitos & apfos, & cum terminis vel appendiciis suis. In pago vero Salzburgoe tradidit idem Dux in loco qui dicitur Endorff mansos vestitos III. & apso I. & terminum siluæ, quæ adiacet secus fluenta Fischaha, & in pago etiam Matagoe tradidit præfatus Dux in loco, qui vocatur Icinga mansos tributales IV. apfos.

PO

Post hunc extitit Otilo Dux, qui tradidit in pago Isnagoe villam nuncupatam Metumunhaim secus fluentia Isana & in ea mansos XX. inter vestitos & apfos, vna cum omnibus terminis vel appendiciis suis. Tradidit idem Dux in pago Salzburgoe locillum qui dicitur Ellesnaunans, in quo prata & silua consistitur, vel stagnum qui vocatur lacusculus, simulque & Abriam lacum, in quo constat pascua & prata vel silua, piscatio atque venatio, & inibi aliquanti fratres propriis laboribus viuunt.

Otilo Dux

Post hunc verò successit filius eius Tassilo Dux, qui tradidit in pago Tonagoe villam nuncupatam Poh cum mansos XXXIX. iter vestitos & apfos, vel cum omnibus appendiciis suis seu terminis ad eandem villam pertinente, seu & territorium, in eodem pago, in loco qui dicitur Chruchenperch, qui adiacet secus amne Danubio, in quo nunc sunt plantagine vinearum instituta. Idemque Dux tradidit in pago Filusgoe, in loco qui vocatur Riute, mansos vestitos duos. Insuper tradidit prædictus Dux in pago Salzburchgoe villula nuncupata campus romanos cum mansos tributales XXX. inter vestitos & apfos. Similiter tradidit ipse Dux in pago Isnagoe in fisco dominico qui dicitur Poch mansum vestitum vnum. Itemque tradidit prædictus Dux in pago Salzburchgoe, in loco nuncupato Hal vnum puciatorium integrum, quod vulgariter dicitur Galgo. Tradidit siquidem præscriptus in supradicto pago Salzburgoe in loco qui dicitur Regubertum seruum, nec non & presbyterum cum omni domo vel possessione sua, cum omnia, quidquid in ipso loco habuit. Ipseque Dux iam scriptus tradidit cellam quæ vocatur Garoz super ripam Eni fluminis in pago Isnagoe, quam construxit Bosò clericus per licentiam iam dicti Ducis in honore Petri principis Apostolorum, & ipse Tassilo ipsum clericum commendauit ad supra dictum monasterium vna cum ipsa cella.

Tassilo Dux

Item de hoc quod tradiderunt liberi Baiuarij per licentiam Tassilonis ad supradictum Episcopatum, quod fuit eis ex causa Dominica beneficiatum, similiter & de illis potestatem non habent desce. Bosò liber qui & presbyter, & Iohannes frater eius tradiderunt per licentiam Tassilonis in pago PINNZEOE loca nuncupantes BISONZIO & SALAFELDA, & in alio loco qui dicitur vico Romano in pago SALZBURGOE iuxta fluuium SALA, id est in totum, inter tributales & seruales mansos XV. & inter vestitos & apfos, quod sicut supra memorauimus ex causa dominica eis fuit beneficiatum, & ipsa traditione præfatus Dux ab ipso loco plenius & firmitus fecit confirmare, & in supra memorato loco Bizanzio ædificata est cella, in qua monachi labore manuum suarum viuunt. ONNO & filius eius Sigivvolff & Sigibaldus iudex tradiderunt per licentiam vt supra, in iam dicto pago Salzburgense, in loco qui dicitur vico romano mansos apfos II. simili modo ex causa dominica vt supra MAZZO & APPO & Albertus non potestatem habentibus tradiderunt per licentiam in pago ISNAGOE loca nuncupantes in Amfinga & in Widmbach & ad Hoccinhusin idem in totum mansos VII. inter vestitos & apfos. Hrodgaer & Gortscals & Eparichar tradiderunt per licentiam vt supra in supradicto pago Salzburgoe loca nuncupantes in Wangin & in Walardorf seu ad Straza hoc est in totum mansos VIII. inter vestitos & apfos. Grimbertus Comes tradidit vna cum permissione, vt supra in iam dicto pago in villula quæ vocatur Papinga mansos quatuor. Similiter ex causa Dominica Alexandra & Iacob filius eius tradiderunt per licentiam, vt supra in pago Atragoe, vel in ipso loco qui dicitur Afragoe mansos VI. inter vestitos & apfos, quod & fuit ex causa Dominica eis beneficiatum. Gaerod tradidit per licentiam vt supra in pago Salzburgoe in loco qui dicitur

Liberi
Baiuarij

Totenhufir manfos tres, apfos fimiliter vt supra. Helmcinus per licentiam vt supra tradidit in pago Drungoe in loco qui vocatur Chorinnbach, territorium quantumcunque possidere visus fuit, quod nunc iacet apfum, qui fuit fimiliter vt supra. Dignoldus tradidit per licentiam vt supra pago Salzburgoe in loco qui dicitur Liuringa manfos III. apfos, qui fuit fimiliter vt supra: Egilulfus tradidit per licentiam vt supra in pago Matagoe in loco qui nominatur Steinbach manfos V. apfos qui fuit fimiliter vt supra. Tifa libera tradidit per licentiã Ortiloni Ducis in pago Salzburgoe in loco nuncupante monticulus, super fluuio Salzaha manfos VII. vestitos, qui fuit fimiliter vt supra, Iohannis feruus tradidit per licentiam Tassilonis in pago Salzburgoe, in loco qui vocatur Sura manfo I. vestito qui fuit simili modo vt supra ex causa dominica. Ermlint Deo sacra ta tradidit per licentiam vt supra in pago Rotagoe in loco qui vocatur Malaking super ripam Eni fluminis manfos vestitos III. simili modo vt supra. Gerlteaaz & Garmunt & Patto vendiderunt res eorum per licentiam Tassilonis ex causa Dominica in pago Salzburgoe villa nuncupata Mülдорff, id est manfos XXV. inter vestitos apfos. Theoderich tradidit per licentiam vt supra in pago Ifanagoe, in loco qui dicitur Perinbach manfos II. fimiliter vt supra ex causa Dominica. Hildolf tradidit per licentiam vt supra in supradicto pago Ifanagoe in loco nuncupantes Rota, & ad Perck manfos X. inter vestitos & apfos fimiliter ex causa dominica. Walco tradidit suum filium Odalhardum per licentiam vt supra, cum omni sua hæreditate in pago Salzburghoe in loco qui dicitur Dundi labrunna, id est manfos quinq; inter vestitos & apfos simili modo vt supra. Hrodberc tradidit per licentiã vt supra in pago Chimingoe in loco qui dicitur Pontena manfos V. inter vestitos & apfos, qui fuit simili modo ex causa dominica.

Tradidit Willipato clericus, qui & liber per licentiam vt supra in pago Sundregaoe in loco qui dicitur Vrdorff, super riuulum qui dicitur Vrpach manfos IX. inter vestitos & apfos, simili modo ex causa Dominica, quam traditionem præfatus Dux manu sua pleniter confirmauit. Tradidit Hereland per licentiam supra in pago Augustagoe manfos V. inter vestitos & apfos, simili modo vt supra ex causa Dominica.

Cella quæ vocatur Auuæ quam construxit Baldun presbyter in beneficio Dominico simulq; & Rhrobertus presbyter cum licentia Tassiloni Ducis super Ripam Eni fluminis in pago Ifanagoe, & quod ibi ex causa Dominica traditum fuit, idem in villa quæ dicitur Garoz in iam dicto pago manfos vestitos IV. fimiliter & medietate de villa, quæ vocatur Ascauue manfos VI. tres vestitos & tres apfos. Tradidit Tassilo ad Ecclesiam sanctissimi Petri principis Apostolorum quæ est constructa infra oppido Salzburgh.

Reliqua verò quod ibi traditum est, de genere nobilium hominum esse videtur, quam quidem aliqui homines iniuste eam sibi vsurpare volentes, dominus Rex in sua elymosina iterum priorem donationem, ad iam dicto monasterio permissum suum diligenter requisitam studuit reuocare.

Cella quæ vocatur Zottinge quam construxit Guntharius Comes in iure hæreditario in pago Huñigaoe in honore sancti Stephani protimartyris & quod ei Tassilo Dux concessit in beneficio idem tributarios XIII. inter manfos vestitos & apfos. Secus ipsum locum & villulam quæ vocatur Hufir, cum manfos VIII. inter vestitos & apfos in pago Salzburgoe simulque & loco qui vocatur Vfsinga, cum manfos VII. inter vestitos & apfos in supradicto pago Chimingaoe secus stagnum qui vocatur Chiminsaoe tradendi ei licentiam concessit iam factus Dux ad ipsum præfatum locum, vna cum permissione iam dicti Ducis superscriptus Comes ad Ecclesiam beatissimi Petri principis

capite Apostolorum ad iam dicto Monasterio Salzburgh. Ipsam vero cellam iniuste abstractam dominus Rex pro mercedis suae augmentum iterum reuocandum absque vlla contradictione concessit.

Istas Ecclesias consistunt in Salzburgae & Chimingae pagibus. Item de Ecclesijs parochiales, quas in beneficium pertinent, & de Barfalcis vna cum feruis siue de eorum territorio dotatae sunt.

- | | |
|--|---|
| Ad See Ecclesia cum manso I. | Ad Hrodheringas Ecclesia cum manso II. |
| Ad Iubendorff Ecclesia cum manso I. | Ad Smsa Eccl. cum manso II. |
| Ad Fischaha Ecclesia cum manso I. | Ad Sma Eccl. cum manso II. |
| Ad Antheringas Ecclesia cum territorio. | Item in pago Inhagoe. |
| Ad Gethica Ecclesia cum territorio. | Ad Hozzin Eccl. cum manso I. |
| Ad Anna similiter. | Ad Cidlar Eccl. cum manso I. |
| Ad Liuringa Ecclesia similiter. | Ad Turtin Eccl. similiter. |
| Ad Walahamus Ecclesia cum manso II. | Ad Dinpstadum Eccl. II. cum manso III. |
| Ad Marciolas Eccl. cum territorio. | Ad Riulú Rota Eccl. IV. cum manso VI. |
| Ad Salinas quod dicitur Hal. Eccles. cum manso II. | Ad Pohpah Eccl. cum manso III. |
| Ad Tingihclinga Eccl. cum territorio. | Item ad pohpah Eccl. cum manso II. |
| Ad Chirchaim similiter. | Ad Lohkirch Ecclesia cum manso II. |
| Ad Balchlingas Ecclesia cum manso III. | Ad Pannralas Ecclesia cum manso III. apfos. |
| Ad Schildarius Eccl. cum manso I. | Ad Brixina Ecclesia cum territorio. |
| Ad Brumingas similiter. | Ad Pirchnavvanch similiter. |
| Ad Deorlekingas Ecclesia cum manso III. apfos. | Ad Caostain Ecclesia cum territorio & cellula, vbi fratres nostri manibus laborant. |
| Ad Widaha Ecclesia cum villula, seu cum omni perrinentia ad ipsum vicum tradidit Ragenbertus cum manso VI. | Ad Epifas Ecclesiae II. cum territorio. |
| Ad Taharding medietas quae ad ipsam Ecclesiam pertinet beneficium est, idem mansos VI. | Ad Ifana Ecclesia cum territorio. |
| Ad Erlastedi Eccl. cum territorio. | Item Ecclesia ad Pohpah cum manso III. |
| In pago qui dicitur interualles. | Ad Liubin Eccles. cum manso III. |
| Ad Ratfeld Ecclesia cum territorio. | Ad Rota vbi Boninaha in ipsa Rota egreditur Ecclesia cum manso VI. |
| Ad Prifslech similiter. | Ad Poizchurdorf Ecclesia cum manso I. |
| Ad Buriom Eccles. cum manso III. | Ad Wila Ecclesia cum manso tribus. |
| Ad Georgij Ecclesiam. | Ad Holza Ecclesia cum tribus manso. |
| Ad Achingas Eccles. tantum. | Item ad Holza Ecclesia cum manso IV. |
| Ad Fuginas Eccles. tantum. | Ad Perck Ecclesia cum manso III. |
| Ad Oriano monte similiter. | Ad Pohkirch Ecclesia cum manso V. |
| Ad Vnzdorff Ecclesia cum territorio. | Ad S. Stephanum Ecclesia cum manso III. |
| Ad Hrossulza similiter. | Ad Richerihufir de coniectu. |
| Ad Buronos similiter. | Barfalcis Ecclesia cum manso I. |
| Ad Pohkirch Ecclesia cum territorio. | Ad Aharnovva Eccl. III. cum manso VII. |
| Ad Rordorff Ecclesiam cum manso II. apfos. | |
| Ad Lutrinpach Eccles. tantum. | |
| Ad Hucinnos Eccles. cum territorio. | |

Wannberg Item de monasterio puellarum quod constructum est in honore Sanctæ
 Deigenitricis semper virginis Mariæ, iuxta ipsum Episcopium, in Castro supe-
 riore quem dominus Hrodbertus Episcopus ac confessor primum ædificauit
 quem & Salzburg appellauit, in quo & nepotam suam Christi famulam Ern-
 dradam constituit cum aliis puellis, in quo loco honorifice requiescit, & quod
*Theo-
 bertus Dux* inibi traditum est à Theodoberto Duce subter annectimus. Tradidit in primis
 Theodbertus Dux in pago Salzburgoe villa nuncupante Ainheringa cum mansis
 XXX. inter vestitos & apfos, & exercitales viros & quod eandem villam perti-
 nuit, cum farinariis in fluuio qui vocatur Sala. Nec non & tradidit illuc memo-
 ratus Dux in prædicto pago locellum qui vocatur Vischaha mansos quinq; in-
 ter vestitos & apfos, & farinariis in fluente Vischaha. Tradidit idem Dux in eo-
 dem pago Salzburgoe in loco qui dicitur Talgen, in quo est tantummodo Ecele-
 sia prata & silua & medietate de lacu piscatione qui vocatur Mannseo. Tradidit
 idem Dux in supra dicto pago in loco qui dicitur Cucullos, secus fluuio Salza-
 ha, in quo sunt tantummodo prata silua. Tradidit ipse Dux in ipso pago in loco
 qui vocatur Hal ad Sal coquendum fornaces IX. tres sunt vestitos, & VI. apfos,
 & hoc decreuit censum dare vnusquisque homo qui in Hal habitaret, quod
 barbarice dicitur Adalparo, tam hij qui in nana & mona manerent, quam & il-
 li qui in ipsas Salinas manerent. A medio mense Maio vsque ad festum S. Mar-
 tini omni ebdomata in feria sexta modo de sale dari deberent excepto, IV. ma-
 nentes. Tradidit enim ipse Dux in pago Salzburgoe secus fluuio Salzaha villa
 quæ vocatur Tiramaninga, & in ea mansos LX. inter vestitos & apfos & inter
 exercitales & barschalcos, cum omnibus appendiciis atque adiacentiis & cun-
 ctis terminis ad eandem villam pertinentibus, nec non & farinariis in ipso loco
 congruentibus. Similiter ipse Dux tradidit in ipso pago supra scripto tributa-
 rios romanos CXVI. inter vestitos & apfos per diuersa loca, & venationem in
 silua quæ adiacet inter alpes à Gaizliberch vsque ad pontes, quæ nunc vocantur
 stega, & alpes in eodem pago IV. Ita vocantur Cundicus & Cuculana alpicula
 & lacuana monte, seu etiam partem de Abriani lacu piscationem, simulque
 præscriptus Dux tradidit in pago Chimingaoe, villa quæ dicitur Waginga, cum
 mansis XI. inter vestitos & apfos, farinariisque cum omnibus appendiciis suis,
 & in ipso pago Chimingaoe tradidit iam dictus Dux villam nuncupatam Cha-
 naara cum mansos XIII. inter vestitos & apfos, & inter seruos & liberos, aquis,
 aquarum decursibus & farinariis, cum omni soliditate, & cum omnibus appen-
 diciis suis. Insuper & in ipso pago iuxta fluente Druna, tradidit idem Dux ro-
 manos & eorum mansos tributales LXXX. inter vestitos & apfos, cum omnia
 quicquid ad ipsos mansos aspicere videtur. Nec non & in pago Adragaoe tradi-
 dit supradictus Dux romanos & eorum mansos tributales III. Siquidem ipse
 Dux tradidit in pago Drunense tributarios XX. apud mansos eorum. In pago
 vero Matagaoe tradidit prædictus Dux tributarios IV. cum mansis eorum toti-
 dem inter vestitos & apfos per diuersa loca.

De cella vero sancti Maximiliani ita contigit, vt construeretur ab inicio.
 Ibant duo fratres in locum qui dicitur Pongauvi, nomen vnus Tonazanus, &
 alterius nomen Vrso in venatione & ad aurum faciendum, & viderunt illuc
 multa luminaria pluribus noctibus & alia signa multa, & venientes ad dominum
 Hrodbertum Episcopum dixerunt ei quod ipsi viderunt, & ipse pergens cum
 eis vidit ibi similiter. Tunc quoque perrexit dominus Hrodbertus ad Theodo-
 nem Ducem, & dixit ei ipsa miracula, rogansque cum licentia sibi dare vt cel-
 lam ibi construeret, & ita Dux Theodo ei licentiam dedit. Veniensque domi-
 minus Hrodbertus iterum ibidem cum hominibus suis, & cum prædictis fratri-
 bus,

uis, & cœpit ibi stirpare & locum mundare & oratorium facere. Facto autem oratorio venit iterum ad Theodonem Ducem & rogavit eum secum ibidem venire, venientes autem ibidem dominus Hrodbertus consecrauit ipsum oratorium; & Theodo Dux tradidit ipsum locum ad sanctum Petrum ad Salzburg monasterium, & ex omni parte miliarios III. & ipsi prædicti fratres cum licentia & cum consensu Theodonis Ducis tradiderunt ibidem omnem rem eorum quamcunque habebant & nepotes eorum comendauerunt ad discendum & ad tendendum ad Salzburg monasterium, nomen vnus Wrmhari & alterius nomen Cissimo, & dominus Hrodbertus misit ibidem suos monachos ad officium DEI faciendum & ad ipsam cellam faciendam. Cum autem Wrmhari & Cissimo literas didicerunt, cœperunt rogare dominum Hrodbertum, vt medietas Episcopi rei quam patentes eorum ibidem tradiderunt eis ad vsum fructuarium præstaretur, vsque ad obitum eorum; & ita fecit dominus Rodbertus, illam aliam medietatem iussit seruire ad sanctum Petrum. Ipsi autem suis nepotibus illam aliam medietatem complacitabant vsque ad obitum eorum, & ita inde fuit hoc in beneficio de monasterio Salzburg vsque ad tempus Otilionis Ducis, tunc quoque Vrsio Capellanus Ottonis precit, vt ei ipsas res ex integro daret in beneficium, & ita Otilio fecit, & tulit hoc per vim de monasterio Salzburgoe. Cœpit autem Virgilius Abba hanc ipsam causam querere ad Otilionem Ducem, & Otilio voluit illud comparare cum eo quod habuit ad Laufom, & hoc Virgilius nullatenus consensit, & ita Otilio permansit retinendo iniuste quod de Salzburg monasterio retraxit.

NOTICIAM vero istam ego Arn. vna cum, consensu & licentia domini Caroli pijsissimi regis, eodem anno quo ipse Baioariam regionem ad opus suum recepit à viris valde senibus & veracibus diligentissime exquisiui à monachis & a laicis, & conscribere ad memoriam feci. Ita sunt nomina monachorum, Vitalis Amandinus presbyter, Latinus presbyter, Guffalus Zissimo, Benedictus Diaconus, Suido Diaconus, Eno presbyter, Baldo presbyter, Leiso, Karheri, Regenbrecht presbyter, Materninus, Arnhelm Tazzus, Emico, Germanus. Laicorum nomina ista sunt, qui per sacramentum factum ab antecessoribus suis ita se audisse testificauerunt, vt supra dictum est: Iumino Comes, Dund Comes, Kerrad iudex, Sigelpald iudex, Eparo, Iulianus Egiloff, Helmuni, Amalger, Luipram, Iurinum, Ato Gislolf, & ego Benedictus Diaconus hanc noticiam dictaui & conscribere iussi.

Consule Velsér. Rer. Boicar. lib. IV sub an. 628. vbi diligenter in annum obitus sancti nostri indagat, & ipsum diem Paschæ eruit. Vide etiam P. Rader. in sanctis Bavar. in vita S. Ruperti.

Anni à transitu S. Ruperti, vsq; ad electionem Flobargist, iuxta authorem nostrum sunt octoginta nouem, quib. si adduntur illi 628. quando nimirum obiit sanctus, conficiuntur à Christo nato anni septingenti septemdecim; ac hoc pacto intercedunt anni propè quatuor: sed potest alicui error aliquis in numerandis annis irrepisse.

Vide Nicol. Serar. Moguntiacar. rer. lib. 3. cap. 39. & seq. Marc. Velsér. libr. 5. rer. Boicar. p. 302. vbi commemorat hunc Ioannem Salzbürgensē sedi à S. Bonifacio, eo ipso tempore, quo Boicas Dioceses diuidebat, Episcopum fuisse datum. P. Rader. in SS. Bavar. Tom. 1. f. 71.

Vide M. Velsér. rer. Boicar. lib. V. pag. 282. P. Rader. in SS. Bavar. Tom. 1. fol. 74.

De Chiemensē sede vid. infr. vbi de monasterio Herzen Chiembsee.

Sed certiori calculo an. 788. vid. Velsér. Boic. V. p. 330. & P. Rader. in SS. Boiar. Tom. 1. f. 23.

m. *Velfer. Boicar. VI.] Anno 807. Concilium Salisburgi XVII. Cl. Decembri*
in dictum. Affuere Arno Archiepiscopus, Atto Frisingensis, Adalvvinus Regi-
noburgensis, Henricus Sabionensis Episcopi. de decernis & reliquo sacrorum
jure disceptatum definitumque esse annotatum reperio, ipsi Concilij actis
nondum crutis.

n. *Huius Theotmari Archiepiscopi & aliarum Ecclesiarum Episcoporum ad Sum Pont.*
litera extant tales.

SVMMO Pontifici & vniuersali Papæ, non vnus vrbis; sed totius orbis, Do-
mino IOANNI Romanæ sedis gubernatori magnifico, humilimi paternitatis
vestra filij. THEOTMARS Iuuauensis Ecclesiæ Archiepiscopus. WALDO
Frisingensis, ERCHENPALDVS Eystatensis. ZACHARIAS Sabonensis. TIT-
TO Ratisponensis. RICHARDVS Pathauiensis Ecclesiæ Episcopus. Ne non
& vniuersus clerus, populuscq; Christianus per totam Noricam quæ & Bauaria
conuersatur. Prosperum in Saluatore nostro profectum, Catholicæ pacis aug-
mentum & regnum optamus æternum. Antecessorum vestrorum decretis &
Catholicorum patrum institutis plenissimè instruemur in omnibus nostro mini-
sterio sacerdotali obstantibus & aduersantibus Romanum appellare Pontificè,
vt quod ad vnitatem concordie, & ad custodiam pertinet disciplinæ, nulla dis-
sentione violetur, sed ab ipso summa prouisione decernatur. Nequaquam enim
credimus, quod coacti quotidie audimus, vt de illa sancta & Apostolica sede:
quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis & origo Christianæ religionis, pro-
fluxerit quippiam peruersitatis, sed doctrina & auctoritas Ecclesiasticæ rationis.
Sed venerunt vt ipsi promulgauerunt de latere vestro tres Episcopi videlicet
IOANNES Archiepiscopus. BENEDICTVS & DANIEL Episcopi in terram
Schlauorum qui Maraci dicuntur, quæ regibus nostris & populo nostro nobis
quoque cum habitatoribus suis subacta fuerat, tam in cultu Christianæ religio-
nis quam in tributo substantiæ secularis, quia exinde primum imbuti, & ex pa-
ganis Christiani sunt facti. Et idcirco Pataviensis Episcopus ciuitatis in cuius
diocesi sunt illius tempore populi ab exordio Christianitatis eorum quando vo-
luit & debuit illuc nullo obstante intrauit, & synodalem cum suis & etiam ibi in-
uentis conuentum frequentauit, & omnia quæ agenda sunt potenter egit, &
nullus ei in faciem restitit, etiam & nostri comites illi terræ confines placita se-
cularia illuc continuauerunt, & quæ corrigenda sunt correxerunt, tributa tulerunt,
& nulli eis restiterunt, vsque dum incessante corda eorum Diabolo Chri-
stianitatem abhorrere, & omnem iustitiam detrectare, belloque laceßere &
obstistere sæuissimè cœperunt, adeo, vt via Episcopo & prædicatoribus illud non
esset, sed libitu suo egerunt quæ voluerunt. Nunc verò quod nobis graue vide-
tur, & incredibile in augmentum iniuriæ iactitant se magnitudine pecuniæ id
egisse, qualia de illa Apostolica sede nunquam audiuimus exisse, neque Cano-
num decreta sanxisse, vt tantum schisma vna pateretur Ecclesia. Est enim vnus
Episcopatus in quinque diuisus. Intranses enim prædicti Episcopi in nomine
vestro, vt ipsi dixerunt, ordinauerunt in vno eodemque Episcopatu vnum Ar-
chiepiscopum si tamen in alterius Episcopatu Archiepiscopium esse potest, &
tres suffraganeos eius Episcopos absque scientia Archiepiscopi, & consensu Epi-
scopi, in cuius fuerunt diocesi. Cum in Concilio Affricano cap. XX. decre-
tum sit, vt plebes qui in diocesis ab Episcopis retinentur, quæ nunquam Epi-
scopos habuerunt, non nisi cum voluntate eius Episcopi à quo tenentur pro-
prios accipiant Rectores, vel Episcopos. Et item in eodem Concilio cap. LXV.
vt plebes quæ nunquam habuerunt proprios Episcopos, nisi ex Concilio plena-
rio vnus cuius prouinciæ & primatus, atque consensu eius, ad cuius diocesis
eadem

eadem plebs pertinebat, Episcopos minimè accipiant. In decretis Papæ LEONIS cap. XV. scriptum est. Nulla ratio finit, vt inter Episcopos habeantur, qui à prouincialibus Episcopis cum Metropolitanis iudicio non consecrantur. Item cap. XLIX. si indignis quibusque & longè extra sacerdotale meritum constituti pastorale fastigium & gubernatio Ecclesiæ detur, non est hoc consulere populis, sed nocere, nec præstare regimen, sed augere discrimen. Et in eodem cap. post pauca. Difficile est, vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. Et in decreto Papæ CÆLESTINI Antecessoris vestri, cap. XVII. continetur, ne alicui locus concedatur sacerdoti in alterius iniuriam. Antecessor vester ZVENTIBALDO Duce impetrante WILCHINGVM consecrauit Episcopum, & nequaquam in illum antiquum Patauiensem Episcopatum eum transmisit, sed in quandam Neophitam gentem, quam ipse Dux domuit bello, & ex paganis Christianos esse patrauit. Cum autem eisdem Schlaui locus familiaris apud legatos vestros dabatur, accusabant nos & diffamabant nos in multis, & verbis mendacibus instabant, quia nemo eis vera respondebat, dicentes, nos & cum Francis & Alemannis scandalum & discordiam habuisse, cum hoc falsum esse ex hoc conuincitur, quia amicissimi nostri sunt, & caritativè cooperatores, & etiam cum ipsis impacatos esse accusabant.

Quod non nostra culpa exigente, sed sua proteruita faciente ita fatemur esse, quia quando Christianitas illis cœpit vilescere, & insuper debitum tributum senioribus nostris regibus, & principibus eorum soluere respuerunt, belloque resistere, & gentem nostram cœperunt lacescere, orta est seditio inter illos, & quoniam armis sibi eos defenderunt, & in seruitium redigerunt. Idcirco iure proprio tributarios habere debuerunt & debent, & siue velint siue nolint regno nostro subacti erunt. Quapropter oportet vos ab alto speculari, & moderamini temperie præ omnibus tenere, ne peior pars confortetur, & melior infirmetur. Progenitores namque serenissimi senioris nostri LVDVICI videlicet Imperatoris, & Reges ex Christianissima Francorum gente prodierunt. Moimarij verò Schlaui à paganis & Ethnicis venerunt. Illi potentia Imperiali Romanam rempublicam sublimauerunt. Isti damnauerunt, illi Christianum regnum confortauerunt, isti infirmauerunt. Illi toti mundo spectabiles apparuerunt. Isti latibulis, & vrbibus occultati fuerunt. Illorum consilio Apostolica sedes pollebat. Istorum persecutione Christianitatis dolebat. In omnibus his Iuuenulus Rex noster, nulli prædecessorum suorum inferior, secundum virtutem à DEO sibi datam, sanctæ Romanæ Ecclesiæ & vobis summo Pontifici, cum omnibus regni sui Principibus adiutor optat esse fortissimus. Omne namque regnum diuinitus sibi commissum ad DEI seruitium, suumque adiutorium vnum vult & operatur. Vnde & pace viget & concordia gratulatur, atque ad vestram paternitatem sicut patres sui se pertinere lætatur. Quod nos præfati Schlaui criminabantur cum Vngaris fidem Catholicam violasse, & per Canem seu Lapum aliasque nefandissimas & Ethnicas res sacramenta & pacem egisse, atque vt in Italiam transfirent, pecuniam dedisse, si vobis coram posito ratio inter nos ageretur ante DEVM, qui cuncta nouit antequam fiant, & coram vobis qui vicem eius Apostolicam tenetis, eorum falsitas manifestaretur, & nostra innocentia probaretur. Quia enim Christianis nostris longe à nobis positus semper imminebant, & persecutione nimia affligebant, donauimus illis nullius pretiosæ pecuniam substantiæ, sed tantum nostra linea vestimenta, quatenus aliquatenus eorum feritatem molliremus, & ab eorum persecutione quiesceremus. Talia namque vt præscripsimus iuxta malitiam cordis sui argumentantes, & Pontifices vestros ad iniuriam nostram incitantes, adeo, vt directa nobis

episto.

epistola, quasi ab Apostolica sede hæc omnia improperebant, & diuersas iniurias ingerebant, atque inter alia diuino gladio feriendos dignos dicebant. Impletur enim in nobis quod quidam sapiens ait. *Iustus tulit crimen iniqui.* Ipsi enim crimen quod nobis falso semel factum imposuerunt multis annis peregerunt. Ipsi Vngarorum non modicam multitudinem ad se sumpserunt, & more eorum capita suorum pseudochristianorum penitus detonderunt, & super nos Christianos immiserunt, atque ipsi superuenerunt, & alios captiuos duxerunt, alios occiderunt, alios ferina carcerum fame & siti perdidit, innumeros vero exilio deputauerunt, & nobiles viros ac honestas mulieres in seruitium redegerunt, Ecclesias DEI incenderunt, & omnia ædificia deleuerunt, ita ut in tota Pannonia nostra maxima prouincia, tantum vna non appareat Ecclesia, pro ut Episcopi à vobis destinati, si fateri velint, enarrare possunt, quantos dies transierunt, & totam terram desolatam viderunt. Quando vero Vngaros Italiam intrasse comperimus, pacificari cum eisdem Schlauiis teste DEO multum desiderauimus, promittentes eis, propter DEVM omnipotentem ad perfectam indulgere omnia mala contra nos nostrosque acta, & omnia reddere, quæ de suis nostros constaret habere, quatenus ex illis securos nos redderent, & tandem spatium darent, quamdiu Longobardiam nobis intrare, & res sancti PETRI defendere, populumque Christianum diuino adiutorio redimere liceret: Et nec ipsum ab eis obtinere potuimus, & post tanta maleficia haberent beneficia, & sunt falsi accusatores, qui semper fuere Christianorum persecutores. Si quis in toto mundo aliorum nos oberrasse & iustitiæ restitisse probare conetur, veniat præsens, & eum ludificasse, nosque de hac resentiatis purissimos esse. Idcirco singuli omnesque admonendo precamur, ne villo modo alicui falso de nobis aliquam suspicionem referenti creduli sitis, antequam oportunitas exigit, vt huius rei gratia missus de vestra celsitudine nobis aut à nostra paruitate directus appareat vobis. Communis gemitus & generalis dolor angustat, quos Germania & tota tenet Norica, quod vnitas Ecclesiæ diuiditur scissura. Est enim, vt præmissimus, vnus Episcopatus in quinque diuisus. Ideo si quid fraus maligni Schlauiorum calliditate adduxerat, iustitia vertat. Vosque virtute ex alto induti, & Apostolica potestate armati iuxta Prophetam: *Quod fractum est alligate, quod infirmum consolidate, quod abiectum reducite, vt deinceps populus & fidei integritate gratuletur, & sancta Ecclesia tranquillâ deuotione lætetur.*

THEOTMARVS indignus Archiepiscopus & Apostolicarum rerum procurator promptissimus. Pecuniam vestro iuri debitam propter infestam Paganorum sæuitiam nec per me poteram nec per alios transmittere, sed quia DEI gratia liberata est Italia, quando citius potero vobis transmittam. Precatur nostra humilitas, vt dignetur vestra sublimitas respondere per singula transmissa eum Epistola.

Alme pater mundi dignus pro nomine PETRI,
 Nomine quem sequeris vtinam virtute sequaris.
 Sisque tuis famulis protector verus, & impos;
 Commendes Domino, cælo qui præsidet alto.

Hæthonis autem primi huius nominis Archiepiscopi Moguntin. ad summum Pontif. litera eadem de re, eodemque, vt videtur tempore scripta sic habent.

DOMNO sanctæ & Apostolicæ & vniuersalis Romanæ Ecclesiæ Papæ HÆTHO indignus Præsul Moguntinensis Ecclesiæ, cum vniuersis Suffraganeis nostræ exiguitati adiunctis; debitum orationis obsequium, & fidelem seruitutem.

Noe-

Nouerit igitur sublimitas sanctitatis vestrae, quod nulla fratrum vnanimitas sanctae Romanae Ecclesiae potestati subiecta fidelior atque deuotior ac subiectior apparet, quam nos qui vestrae Dominationi & capiti omnium Ecclesiarum, omni mentis intentione subijcimus, plurimum gaudentes in Domino, & in dono gratiae ipsius, quod per vestram sanctitatem & sapientiam magnifice & amplissimè sedes eiusdem Ecclesiae dilatatur in religione diuina, & in hoc instantissimè precibus incumbimus, deprecantes diuinam clementiam, vt ad altiora semper conscendere vos, & de die in diem meliora festari atque perficere concedat. De caetero vestrae clementiae innotescimus, seniore nostrum ARNO LPHUM Imperatorem de huius vitae exilio migrasse. Sed quod quam diu in hoc mundo subsistimus per incerta ferimur, nescientes vbi quorundam animae post hanc lucem mansionem recipiant, vestris quasi prouoluti vestigijs subnixè poscimus, vt animam ipsius vestrae auctoritatis potestate à vinculis peccatorum, absoluat, quia *quacunq; solueritis super terram erunt soluta in caelo.* Tali vero Domino Rectore & gubernatore amisso in nostris partibus vacillauit nauis Ecclesiae. Quem Regem eligeret paruo tempore in scia mansit, & quia timor magnus aderat, ne solidum regnum in partes se scinderet, diuino vt credimus, instinctu factum est, vt filius senioris nostri quamuis paruissimus, communi consilio Principum & totius populi consensu in Regem eleuaretur, & quia Reges Francorum semper ex vno genere procedebant, malimus pristinum morem seruare, quam noua institutione insidere. Sed cur hoc sine vestra iussione & permissione factum sit, vestram haud dubitamus latere prudentiam, nulla scilicet alia causa actum constat, nisi quia pagani inter nos & vos consistentibus impeditum est iter nostrum ad sanctam matrem nostram Romanam sedem, ita vt nec legati à nostra paruitate ad vestram dignitatem dirigi potuissent. Sed quia tandem occasio & tempus aduenit, quo nostra epistola vestris obtutibus praesentaretur, rogamus nostram communem constitutionem, vestrae dominationis benedictione roborari. Insuper etiam pietati vestrae intimamus, quod fratres & Patres, & Coepiscopi nostri Bauarienses se apud nos conquerentes, & alta suspiria trahentes gemebant, qualiter Marauenses populi Francorum potestati rebelles, iactent se ab illorum consortio esse diuisos, & seorsum Metropolitanò gloriantur à vestra concessionè esse sublimatos, cum nunquam Metropolitanà sedes inter illos haberetur, sed semper illorum prouinciae & dioecesi cohererent. Dolebant se etiam apud nos, quod quorundam machinatione magna infamia circa vestram celsitudinem essent denotati, scilicet, vt cum pagani foedus & pacem inirent, & ipsi pagani consilio eorum agerent tam multa nefaria & illicita. De his omnibus consilium à nobis querentibus Bauariensibus Episcopis iustum respondimus esse fratrum solatio semper adherere: quia propheta inquit: *Ecce quam bonum & quam iocundum habitare fratres in vnum.* Illi vero non in vnum habitant, qui fratrum se solatio subtrahunt, aut fratribus insidias praeparant.

Nos illorum tristitiae compatientes, nolimus illis consilium de talibus obiectionibus praebere, priusquam ad vestram interrogationem per epistolam nostram veniremus. Semper nos scimus carnales spiritales solere persequi, & malivolos beneuolos infamare & lacerare. Prauidere ergo summopere debent, omnes qui sacerdotes domini persequuntur tam occultè quam manifestè. Ne ad illos pertineat, quod Propheta dicit: *Cogitauerunt malitias in corde suo, tota die constituebant praelia, exaceruunt linguas suas sicut serpentes, videntur à spidiis sub labiis eorum.* Et paulò post: *Cadent super eos carbones, in igne deiciet eos.* Et iterum. *Vir linguosus non dirigetur in terrà. Firum in iustis mala capiens in interitum.* Et per Ieremiam inquit Dominus: *Omnes in sanguine iudi-*

castur

cantur, unusquisque proximum suum tribulas. Omnes in malo manus suas praparant. Non debent enim alieni Episcoporum aut accusatores aut iudices fieri. Vnde de Loth est scriptum. *Ingressus es, ut advena, nunquid ut iudices?* Accusator autem Episcoporum nullus sit seruus, aut libertus, nullaque persona suspecta, aut infamis, repellatur inimici & omnes laici. Isti fratres & Coepiscopi nostri Bauarienses veraces DEI cultores & boni pastores peruigili custodia custodiunt gregem sibi commissum, ne lupi rabies aliquam sancti gregis ouiculam rapiat in prædam suam. Stant pro muro domus Israel, ne aliqua vis inimica firmamentum Ecclesiæ dissoluat. Qui tales inquietat & sua malitia impugnat, licet præsentem, futuram, tamen non euadet pœnam, quia scriptum est: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Hæc autem omnia per scripta vobis ideo dirigimus, & solamen mœrentium quæcunq; tristitia vobis contigerunt membris vestris, quia ipsi sanctissimi Pastores Christi superius dicti in nullâ re à Catholica fide deuiantes, sed eandem sanctis operibus & Ecclesiasticis officiis ornantes apud nos conquærentes postulauerunt, ut vestræ notitiæ manifesta faceremus, quia & illi per se ipsos vobis eadem innotescere vita comite promittebant. Vnde poscimus, ut vestra consolatio illorum mœrorem ad lætitiâ reformat, & semper talia membra summo capiti, quod estis vos se gaudeant adhærere. Illi autem Marauentes, ut nostris auribus illatum est, in occasionem superbiæ suæ assumunt, quia à nostra concessione dicunt se Metropolitanum suscipere, & singulariter degentes aliorum Episcoporum confortia refutant, si hac confidentia diutius inflantur, vsque ad sanguinis effusionem, ut multi arbitrantur, profilient. In quantum præsumimus admonemus, quatenus vestra auctoritas, priusquam hoc contingat, ad humilitatis viam illos corrigendo deponat, ut tandem cognoscant cui dominatui subijci debeant. Nos siquidem debitores esse cognoscimus, si quid à sanctæ matris Romanæ Ecclesiæ scilicet contigerit elabi, vos inde certificari, ut vestra potentia ad reditudinis lineam perducatur. Quod si vestra admonitio illos non correxerit, velint, nolint, Francorum Principibus colla submittent, & credimus absque effusione sanguinis & mutuâ cæde ex vtraque parte tunc posse bene contingere. Iterum iterumq; vestræ dignitatis auribus replicamus, quod tam Episcopi quam laici Bauarienses in religione Christianitatis nulla gente inferiores esse probantur, neque vnquam Franci absque illorum auxilio, aut in Ecclesiasticis rebus, vel in bellicis negotijs nominatim vel famâ dignum aliquid peregerunt, Sicut neque illi absque istis.

Ex inspectione plurium Diplomatum deprehendi, Theodomarum nostrum huius nominis primū, Cas: Arnulfi fuisse ArchiCapellanum, & pro repto more Cancellarium, anno domini 888. regni Arnulfi 1. cui officio deinceps Ludouico Arnolphi filio regnante præfuit, sicut diplomata per annos istos continuos, vsq; ad an. 907. testantur.

o. *Carolus Sigon. de regn. Ital. VI. 152. 38. Proximo (i. e. an: 913.) diem suum obiit Anastasius Pontifex. cui post biduum Landus est subrogatus, nulla re in Pontificatu gesta nobilitatus: Ex inde V. Kal. Ianuarias mortuo, comitiisque Pontifici creando in dictis nihil ex legibus actum est. Siquidem Albertus marchio Theodoræ socrus instinctu neque ex ecclesiæ Rom. sed ex Rauennati, neque cleri suffragiis, sed propriis opib. IX. Kal. Februarias successorem Ioannem Rauennatem archiepiscopum dedit. Is Ioannes decimus est vocatus. Sedit hic Ioannes (teste Genebrardo) an. 13. m. 2. d. 3. hunc excepit Leo VI. quæ post m. 7. d. 15. defuncto Stephanus VIII. dictus VII. rectè igitur animaduertit hoc loco Dominus Humdius errorem Chronici Salzburgen.*

Obijt

Obijt Sergiu Pont. ann. 911. eodem anno per mensem Decembrem Ludouic rex Germania. Sigon. VI 152. 23, & 29.

In Catalog. Canis. Antiq. lect. Tom. VI p. 1224. non commemoratur inter Episcopos. Vdelbertus hic, vel Hyldebertus Archiepiscopus.

Sequitur Epistola Leonis P. P. VII.

LEO Episcopus seruus seruorum DEI Regibus, Ducibus, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, pari etiam modo EGILOLPHO Iuuauensis ISINGRIMO Ratisponensis, LANTBERTO Frisingensis, WISVNDI Sebonensis Ecclesie venerabilibus Episcopis & ceteris per Galliam, Germaniam, Bauariam, Alemanniam commorantibus. Si instituta Ecclesiastica vt sunt à beatis Apostolis tradita integra vellent seruari Domini sacerdotes, nulla diuersitas in ipsis ordinibus & consecrationibus haberetur, sed dum vnusquisque non quod traditum est, sed quod sibi visum fuerit, hoc existimat esse tenendum, inde diuersa in diuersis locis vel Ecclesijs aut teneri aut celebrari videntur. Hac de re fit scandalum populis, dum multa in vestra prouincia contra canones Ecclesiasticos decretaque maiorum vsurpare videntur, quæ quidem possent facile refecari, si Episcopi in his non viderentur auctores, qui secularibus intenti humanum fauorem captantes, religionem violant, ordinesque corrumpunt. Nos siquidem diuinis præceptis & Apostolicis incitatur monitis, vt pro omnium Ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu. Idecirco fraternitati vestræ cognitum facimus, quod GERARDVS sanctæ Lauriacensis Ecclesie Archiepiscopus causa orationis ad limina veniens Apostolorum, nostram Apostolicam præsentiam visitare & benedictionis gratiam à nobis percipere sollicitè studuit, multa quæ reprehensione digna sunt nostris auribus lacrymosis vocibus intimauit tota cordis intentione à nostra Apostolica authoritate de his quæ contra canonum regulam & decreta maiorum in vestris geruntur prouincijs quærens consilium. Scitis enim quod ab ipso Domino Beato PETRO Principi Apostolorum eiusque Vicarijs omnium Ecclesiarum cura commissæ est, veritatis voce dicente: *Tu es Petrus & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam, cui etiam proprias oues commendauit, dicens: Si diligis me, pascue oues meas.* Et idcirco pro vniuersis Ecclesijs sollicitudinem gerimus & veluti in specula positi, quod per totius orbis prouincias geratur, vigilantia cura insistimus. De quibus ergo Apostolicam sedem consuluit, & qualia nos ei responsa dedimus, per hos nostros apices vobis intimare curamus. Eius namque interrogatio seriatim talis erat.

De Auguratoribus & incantatricibus & maleficis vario modo mortificationis à populo. Si aliqua pœnitentia debeat exigi. De talibus namque personis, quid veteris ac noui testamenti pagina censeat, manifestum est. In lege namque Mosayca scriptum est, maleficos non patiaris viuere: Similiter in Samuelis libro legitur, quia exterminauit Saul omnes Pythonissas de terra, & alia quæ enumerare longum est. Sed nos etiam tales nostris exhortationibus ad pœnitentiam trahere debemus, vt magis Ecclesiastico iudicio pœnitendo viuant, quam gladio vindice puniantur, dicente Beato Paulo Apostolo: *Non enim posuimus vos DEVS ad iram, sed in acquisitione salutis.* Quod si Ecclesiastica iudicia spreuerint, humanis subiacent legibus: meminisse enim debent; à DEO potestates fuisse concessas, & ad vindictam noxiorum gladium fuisse permillum, & DEI ministerium fuisse datum in huiusmodi vindictam. Et dum in talibus improbis legum exercetur authoritas, dicente beato Innocentio: erit dictator, innumis.

Consultum est etiam vtrum Episcopi, *Pax vobis*, an *Dominus vobiscum* pronuntiare debeant. Sed non aliter per omnem vestram prouinciam tenendum est, quam in sancta Romana Ecclesia. In Dominicis enim diebus & in præcipuis festiuitatibus, atque sanctorum Natalitijs. *Gloria in excelsis DEO*. Et *Pax vobis* pronuntiamus. In diebus verò Quadragesimæ, & in IV. temporibus, siue in vigilijs sanctorum & in reliquis ieiuniorum diebus, *Dominus vobiscum* tantummodo dicimus.

Post hæc consuluit. Si Dominica oratio in benedictione ciborum debeat variari. Quod fieri non oportet, quia in sanctificatione corporis & sanguinis Domini nostri *Iesv Christi*, hanc solummodo orationem sancti Apostoli decantabant, & in Euangelio legitur, quia post Cœnam à Domino factam Hymno dicto exierunt in montem Oliuarum.

Post hæc interrogauit de eo, qui matrem & filiam spirituales in coniugio ducit, quod ne fiat, sacri canones per omnia vetant. In canonibus Zachariæ ita habetur, vt presbytera, diacona, monacha, vel etiam spiritali conmatre aut spiritali filia nullus vtatur. Nam qui huiusmodi opus perpetravit, sciat se anathematis vinculo innodatum & DEI iudicio condemnatum, atq; à sacro corpore & sanguine Domini nostri *Iesv Christi* alienum, & quicumque sacerdotum eis communicare præsumperit, eorum iudicio condemnatus sacerdotij sui honore priuetur. Dehinc intulit lamentabile & nimis lugendum, vt Domini sacerdotes publicè ducant vxores, & si filij eorum valeant promoueri. Quod scelus, quia omnis sacra scriptura contradicit, quia sanctum & venerandum Nicenum Concilium verat, ne sacerdotes cum fœminis habitare præsumant, multo magis ne copulari vel sociari mulieribus debeant, iuxta sacros canones modis omnibus prohibemus. In Neocæsariensi namque Concilio ita habetur. *Presbyter si vxorem acceperit, ab ordine deponatur, & qui in tali scelere fuerint reperti nostra Apostolica auctoritate omni priuentur honore*. Filij verò eorum immunes ab eorum peccato sunt, dicente Propheta, *filius non portabit iniquitatem patris*, & in sacro Baptismate omnia dimituntur peccata. Dehinc perquisiuit si à Chorepiscopo Ecclesiæ debeant consecrari, aut presbyteri ordinari vel consignatio chrisimatis & manus impositio fieri, quæ omnia à Chorepiscopis ne fiant, interdiximus iuxta Canonum decreta. In Concilio Antiocheno capit. *decimo* sic habetur. Qui in vicis & possessionibus Chorepiscopi nominantur, quamuis manus impositionem Episcoporum perceperint, tamen sanctæ Synodo placuit, vt modum proprium recognoscant & gubernent subiectas sibi Ecclesias, ordinent etiam lectores & subdiaconos atque exorcistas, quibus promotiones istæ sufficiant, nec presbyterum nec Diaconum audeant ordinare. Si quis autem transgredi statuta tentauerit, depositus quo vtatur honore priuetur.

Perquisiuit etiam, si vir & mulier tertio vel quarto gradu consanguinitatis coniuncti & inscij coniugio copulantur, postea DEI respectu compuncti, ostendunt se sacerdoti secretè confitentes peccata sua, vtrum valeant elemosynarum largitione, ac bonorum operum exhibitione purgari. De talibus enim personis in veteri & nouo Testamento multa reperiuntur exempla, maximè in Concilijs Gregorij & Zachariæ, in quibus hæc continentur, *vt consobrinam, Nuercam, Neptem, fratris vxorem Nurum, vel etiam de propria cognatione aut quam cognatus habuit, nullus coniugio præsumat sibi copulare*. Si quis verò hoc nefario coniugio conuenerit & in eo permanserit, sciat se auctoritate Apostolica anathematis vinculo innodatum, & nullus sacerdos ei tribuat communionem, & si inclinatus diuisusque fuerit ab illicita copula, penitentia submitatur, vt sacerdos loci considerauerit.

De vastatoribus autem Ecclesiarum vnde inquisiuit, nihil aliud scribimus,

niſi

nisi quod PAVLVS Apostolus ad Timoth. scribens ait : *Argue, increpa, obsecra eum omni imperio.*

His verò omnibus prælibatis fraternitatem vestram monemus, per hanc nostram Apostolicam iussionem, vthuc GERARDO Archiepiscopo, cui vicem nostram in cunctis finibus vestris commisimus in omnibus, quæ ad Ecclesiasticum ordinem pertinent obedientes & adiutores sitis, quatenus in vna concordia persistentes, vt Ecclesiastica iura & Christianitatis religio in vestris partibus, quæ paganorum incurfione, & malorum Christianorum persecutione corrupta & deprauata esse videntur, Domino largiente, & beato PETRO Apostolorum Principe cooperante ad reëtitudinis normam valeant reformari, & vos in futuro examine securi possitis audire vocem Domini dicentis.

Euge serue bone es fidelis quia super pauca f. f. super multa T. C. intra in gaudium Domini T.

Præter hæc EBERARDO Duci Bauariorum nostra auctoritate iniungimus, vt præfato GERARDO Archiepiscopo in omnibus auxilium præstet, vt suæ Ecclesiæ status & reëtitudo ac proprius vigor ad integrum culmen & priscum decorem suo iuamine valeat peruenire, si DEI indulgentia & sancti PETRI etiam, suorum delictorum à nobis vult accipere remissionem.

Prudens lector ex Ioannis Pont. Max. diplomate, quod heis inferi curauimus, causam excacationis Herolfi Archiepiscopi clarè cognoscit : & mirum nonnullos adeò ineptos reperiri, qui contrarium fingere ausint. De reliquis S. Martini vide sub Archiep. Hartuico & sub Archiep. Wickharo & Canis. Tom VI. antiq. lect. f. 1221.

Diploma Ioannis Pont.

IOANNES SANCTÆ ROMANÆ & APOSTOLICÆ ECCLESIAE Præsul, Omnibus Archiepiscopis & Episcopis nostris dilectis in Christo fratribus apud sanctam Synodum Rauennæ nobiscum aggregatis, æternæ beatitudinis gaudia.

Sanctitati ac dilectioni notum vestræ esse volumus, quod Heroldus dudum Salisburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus contra Canonicam & Apostolicam auctoritatem nefaria præsumptione post suorum oculorum amissionem videatur sacrum celebrare mysterium, & quod ridiculum est, pallium gestare solemniter, hoc namque non ad modicam hæreseos vesaniam attinet, & nobis omniumque fratrum Orthodoxorum prudentiæ debet videri execrabile, præsertim cum ipse pro sua culpa & perfidiæ temeritate exoculatus sit, eo quod Ecclesiæ DEI exspoliauerit, thesaurum paganis erogauerit, seseque eis iunxerit, in Christianorum necem & deprædationem, contra Dominum & pijsimum Imperatorem suum seniore[m] rebellis & infidelis extiterit, & proinde à decessoribus nostris sanctæ memoriæ Pontificibus omne sacerdotale officium sæpe ei sit interdictum, atque electione & postulatione omnium pene nobilium Bauariorum scilicet Clericorum & laicorum, sancta Romana mater Ecclesia suæ auctoritatis priuilegio FRIDERICVM virum venerabilem & cunctis laudabilem loco eiusdem Heroldi fieri, esseque Archiepiscopum omnimodo decreuerit. Quapropter itaque nostrorum decessorum auctoritatem sequentes vestræque omnium fraternitatis assensione roborati ipsius Heroldi hæreticam & temerariam prauitatem ammodo ac deinceps damnamus ac penitus confutamus ex vice beati PETRI Principis Apostolorum, nec non omnes sequentes cæcitatē corporis ac mentis eius in tali præsumptione: eique comunicantes excomunicamus primo & anathematizamus vsque ad plenissimam emendationem. Insuper iam dicto FRIDERICO per auctoritatem sedis Apostolicæ dignissimo Archiepiscopo honorē & dignitatē Salzburgenfis Archiepiscopatus confirmamus & corroboramus & vniuersos

ioshumilitati eius allubescentes, benedicimus & Catholicos approbamus. Vnderogantes hortamur sanctitatem vestrae fraternitatis, & in hoc nobiscum pariter assentiatis, & huic nostrae Apostolicae sanctioni vestram confirmationem, praebearis.

IOANNES sanctae Catholicae & Apostolicae Romanae Ecclesiae huic sanctioni editae à me in Synodo apud Rauennam subscripsi. Signum Domini OTTONIS T S T. serenissimi Imperatoris: RODALDVS Patriarcha Aquilegensis Ecclesiae interfui & subscripsi.

Petrus S. Rau: Ecclesiae. Et Walpertus S. Mediolan. Ecclesiae Archiepiscopus Lantuardus S. Mindensis Ecclesiae Episcopus. Otkerus sanctae Spirens. Ecclesiae Episcopus. Vuindo sanctae Siluae candidae Ecclesiae Episcopus & Bibliothecarius Apostolicae sedis. Martinus sanctae Sutriensis Ecclesiae Episcopus. Benedictus sanctae Portuensis Ecclesiae Episcopus. Euerardus Episcopus Aretinensis. Sichelmus Episcopus Florentinae. Petrus Episcopus sanctae Voltornensis Ecclesiae. Ioannes sanctae Ariminensis Ecclesiae Episcopus. Hubertus sanctae Lunensis Ecclesiae Episcopus. Honestus Episcopus sanctae Perusinae Ecclesiae. Petrus sanctae Camerinae Ecclesiae. Ingito Episcopus sanctae Asisinae Ecclesiae. Leo Episcopus sanctae Asinatae Ecclesiae. Ioannes Episcopus S. Calliensis Ecclesiae. Erfemarius Anconitanae Ecclesiae Episcopus. Atingus Episcopus. Auximanens. Ecclesiae. Benedictus Humanatae Ecclesiae Episcopus. Eberardus Efinatae Ecclesiae Episcopus. Benedictus Fuliginae Ecclesiae Episcopus. Iulianus Lucerinae Ecclesiae Episcopus. Gregorius Comacensis Ecclesiae Episcopus. Ruodo sanctae Cefinatae Ecclesiae Episcopus. Arnaldus Popiliensis Episcopus. Radaldus Rosiliensis Episcopus. Martinus Mantuanens. Episcopus. Stephanus Ficoclenis. Episcopus. Ioann. Bellunens. Episcopus. Albericus Perufunens. Episcopus. Rodulphus Vicentin. Episcopus. Gerhardus Fauentinae Ecclesiae Episcopus. Petrus Metaumaucens. Episcopus. Hubertus Parmensis Episcopus. Luizo Cremonens. Episcopus. Ermenald. Regionens. Episcopus. Gorbald. Polonens. Episcopus. Gaufridus Patauens. Episcopus. Arnald. Tridentinae Episcopus. Teutpertus Feltrensis Episcopus. Zenobius Fesulanae Episcopus. Gothofredus Aquens. Episcopus. Roilo Astens. Episcopus. Luindo Glosinensis Episcopus. Adalbertus Bonens. Episcopus. Vindo Modinens. Episcopus. Iohannes Vnolensis Episcopus. Ratherius Veronens. Episcopus. Antonius Brisuens. Episcopus. Vdalricus Bergamens. Episcopus. Ioannes Iordanens. Episcopus. Aupaldus Nouanens. Episcopus. Lupus Spoletinae Ecclesiae Sigihardus Cetens. Episcopus. Rihehard. Fanensis Ecclesiae Episcopus subscripsi. Actum Rau. VII. Kal. Maij, per manum Stephani Scriuarij sanctae Romanae Ecclesiae. In mense Aprili & indictione decima in praesentia omnium sanctorum Episcoporum.

Diploma Agapeti PP. tale est.

t.

AGAPITVS Episcopus seruus seruorum DEI, fratri dilectissimo & reuerendissimo GERARDO sanctae Lauriacensis Ecclesiae Archiepiscopo, in Christo salutem. Petitiones tuas pro renouandis siue approbandis Ecclesiae tuae priuilegijs, venerabilis Fuldensis monasterij Abbas HADEMARVS huc causa orationis veniens cum magna beneuolentia nostrae experientiae suggestit, pariterque iurgia & discerptationes grauissimas inter te & Heroldum Archiepiscopum pro vtriusque susceptam in vna prouincia pallij auctoritate exortas, flebiliter nunciauit, quod & ipsi ex debita pastoralis cura nimio cordis moerore dolemus, detestabiliterque profanamus. Quippe sancta & vniuersalis Ecclesia, cui auctore DEO praesidemus à religiosis atque pacatis sacerdotibus suis, & in caritate non ficta solidatis, quasi totidem columnis innisa fulcitur; discordantibus autem & aduersum se hostiliter inflante superbia animum tollentibus, praesertim tantis Pontificibus velute euulsis sustentaculis casura, non sine magno periculo & vigoris sui detrimento à proprio statu concutitur. Insuper etiam dum de foris inter vos pro pallij honore pertinaciter huiusmodi contentio exercetur, agitur vt in fraternam emulationem decor sacerdotij intus euacuetur.

Inde ergo frater Officium nostrum illud esse perpendentes, ne inimicitarum fomite in vobis succrescente dissidium sanctae DEI Ecclesiae atque scandala-

lura

lum sine consilij & utilitatis vestrae respectu diutius nutriatur, ad sequestrandū sitē vestram accedimus nos arbitres tā ex sollicitudine à Domino regiminis in- iuncti, quam amborum vestrorum amore ad hoc permoti, ita videlicet vt & de praelibata conflictus vestri querimonia rationabilibus iudiciis rite iustitiæ satisficiamus, & vos omni explosa controuersia in fraternam concordiam Christo moderante reuocemus.

Notum est igitur, literisque penes nos commendatum, quibus Ecclesiarum locis dignitas pallij ab hac Apostolica sede debeat. Lauriacensem autem urbem antiquitus Metropolitanam fore, & Archiepiscopij sedem cui sanctitas tua praeesse dignoscitur, sicut in priuilegiis authenticis ad nos vsque à te directis legimus, ita quoque inuentis quibusdam exemplaribus chartarū & verustate admodum attritis in Archivo S. Petri reperimus. Hanc etiam in exordio nascentis Ecclesiae & immanissima Christianorum persecutione à Doctoribus istius sedis Catholicae fidei nouimus rudimenta percepisse, & exinde à succedentibus praedicatoribus in superioris atque inferioris Pannoniae prouincias eiusdem fidei emanasse gratiam. Quibus etiam duabus prouinciis illarumque Pontificibus vsque ad tempora Hunnorum non alius, quam sanctae Lauriacensis praesuit Archiepiscopus, quorum barbarica feritas non solum praedictam Lauriacensem Ciuitatem, verum etiam in circuitu adiacentes regiones depopulauit, atque funditus desolauit. Inde quidem contigit, vt Episcopi hac necessitate compulsi, sede illa deserta atque aliò translata, simul etiam Archiepiscopalem ipsius sedis desererent honorem. Modernis autem, nec multum retro elapsis temporibus vacante ab Apostolico Vicario Bauariorum regno, ARNO primus sanctae Salzburgensis Ecclesiae subrogatur Archiepiscopus. Haec testatur annosa memorialis sacri scripti historia. Modo autem mortalibus propitiantē Christo ab hostibus sanctae Lauriacensis Ecclesiae quiete, & inhabitandi securitate concessa, non alibi, quam ibidem fraternitatis tuae cathedra oportet haberi. Quapropter reintroducimus te eidem Ecclesiae sanctorum Patrum videlicet praedecessorum nostrorum, sed & beatae memoriae Domini LEONIS Papae, à quo Excellentia tua pallio ac priuilegio donata est, sanctiones atque statuta exequentes, ac praedictam sanctam Lauriacensem Ecclesiam potestate & vice beati PETRI Apostolorum Principis absoluius & Archiepiscopamus & in culmen Metropolitanum sublimamus & priuilegia nobis transmissa manu propria munimus & corroboramus, ac rata esse firmamus denuoque tibi pallium cum praesenti praeepto secundum usum prius concessum, successoribusque tuis perpetim tenendum tradimus. Hisque examusli ita ad iustitiam reintegratis, decreuimus rixas vestras, & dissensiones praefata ex causa deriuatas dirimere, atque in fraternum amorem vos reconciliare, sic vt utriusque vestrorum modo susceptus seruetur pallij honor illaesus, hortantes quatenus Apostolicè instituti, amodo non in contentione & aemulatione maneatis. Constat quidem quod canonicè singulis prouinciis singuli ordinantur metropolitani, proinde distribuere, atque determinare ita vobis parochias, bonum & pacificum aestimamus vt diuisis duabus Noricae regionis prouinciis, Heroldo Archiepiscopo Occidentalis Pannoniae cura committatur & custodia; tibi autem successoribusque tuis, propter emeritam antiquitatem sanctae Lauriacensis Ecclesiae, cui iure iuniorum reuerentia assurgit in benedictionis & sedis ordine Praelatis atque Praepositis prouidentiam Orientalis Pannoniae, regionemque Auarorum atque Marahauorum sed & Schlauorum, qui modo Christiani, vel adhuc per baptismum Christo lucrandi sunt, circumquaque manentium credimus, nostramque Apostolicam vicem in illis partibus praedicandi, & pro arbitrio vestro vbi opus est Episcopos constituendi, omniaque disponere atque ordinare tali autoritate

atque potestate delegamus, ac si ipsi presentes affuissemus. Quod si iam dictus Heroldus Archiepiscopus deinceps suorum uel quispiam successorum minime diffinito limite contentus, sed interdictam atque à sua potestate separatam Diocesim repetere peruicaciter conatur, nec à prohibita contentione schismate, per istas nostras Apostolicas traditiones atque determinationes compescitur: Ipse etiam pie concessa dignitatis munificentia penitus priuetur, atque secundum ius pristinum superior Pannonia continuetur inferiori, atque tua tuorumque successorum amba perpetualiter subiacent diuioni. Allubescentes autem assensumque præbentes istis nostris saluberrimis decretis, benedicimus & Catholicos approbamus, resistentes uero atque infirmare, uel omnino peruertere contententes anathemate maranatha sanctæ Trinitatis districtè percucimus, & Apostolica sententia, qua multati Anania & Saphira exspirauerunt damnamus, & cum blasphematoribus sancti spiritus sempiternis cruciatibus puniendos destinamus.

II. *Diploma Benedicti PP. VI.*

BENEDICTVS diuinâ fauente gratia atque totius populi Romani electione Apostolicus. FRIDERICO Salzburgensis Ecclesiæ Archipræsuli, una cum suis fratribus, uidelicet Noricæ prouinciæ Episcopis mansuram in CHRISTO felicitatem. Protoplasto generis humani atque eius semine serpentina suasionem in gemina cadente morte multas DEVS misericordia ductus medicinas misit in hunc mundum, Patriarchas scilicet iustos, Prophetas ueridicos, legiferum, cum lege. Et his omnibus mundum saluare non ualentibus nouissime filium suum humanâ carne indutum, ad redemptionem generis humani ad terras transmittere dignatus est. Eo itaque inter homines conuersante duodecim elegit Apostolos, quos ad seminandum uerbum DEI in corda fidelium per uniuersum transmissit orbem, quorum atque totius Ecclesiæ sanctum constituit PETRVM Principem, cuique gregem commisit Ecclesiasticum tertio ei dicens: *Pasce oues meas.* Cui etiam ligandi atque soluendi tradidit potestatem dicens: *Quodcumq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, quodcumq; solueris super terram, erit solutum & in cælis.* Et non solo sancto talis concessa est PETRO potentia, sed etiam suis successoribus, eius uicem in Ecclesia tenentibus, eadem ligandi atque soluendi à Deo tradita est potestas. Sancti itaque PETRI Apostoli successores per loca, prout opus erat atque decuit, constituerunt Archiepiscopos, qui eorum uicem tenerent in Ecclesiis, quia ipsi uniuersas regere non poterant Ecclesias. Nos quoque uicem beati PETRI Apostoli prout hominibus istius temporis possibile est in Ecclesia tenentes statuta illorum Antecessorum nostrorum confirmare quantum possumus libenter desideramus.

Concedimus itaque uicem Apostolicam FRIDERICO Salzburgensis Ecclesiæ antistiti, eiusque successoribus in tota Noricæ prouincia & in tota Pannonia superiori uidelicet & inferiori quomodo sui antecessores eandem potestatem à nostris habuere antecessoribus, ita scilicet ut nulli liceat in præfatis prouinciis sibi usurpare pallium, nec Episcopos ordinare, nec ullum officium quod ad Archiepiscopum pertinere debet, præter præfatum Archiepiscopum eiusque successores. Quicumque autem huic refragari uel contendere uoluerit decreto, quam nos uice beati PETRI Apostoli fungentes consensu nostrorum Episcoporum ac totius Cleri Romanæ Ecclesiæ decreuimus, sciat se beato PETRO eiusque uicario esse contrarium atque fore anathema usque ad satisfactionem, siue sit Episcopus aut Presbyter siue Clericus cuiuscunque ordinis, siue laicus,

cuius-

f. quod

cuiuscunque fuerit dignitatis, quia sancta sanctorum antecessorum nostrorum soluere nolumus neque valemus. Sed quomodo illi consensu suorum Episcoporum ac totius Cleri constituerunt, fiat ex eorum pariter & nostro decreto firmum atque perpetuum. Quicumque autem Episcopi per amicos siue clam per aliquam fraudem aliquando eiusdem dignitatis petierint, siue petierunt priuilegium, illos suspendimus ab ea dignitate, quia illicitum iudicamus, vt aliquis Episcopus sine totius suæ prouinciæ atque suffraganeorum suorum consensu pallium, siue aliquod Archiepiscopatus priuilegium à Romano Pontifice acquirere præsumat.

Ad hunc Fridericum, & alios Archiepiscopos, & Episcopos; Imperatorem quoq; Othonem, & Henricum Bauariæ extant literæ Benedicti PP. VII huius tenoris.

DILECTISSIMIS nobis in Christo filijs HRODBERTO sanctæ Moguntinæ Ecclesiæ & DIOTRICO, sanctæ Treuerensis Ecclesiæ. Atque ADALBERTO sanctæ Magdaburgensis Ecclesiæ. Parique modo GEREONI sanctæ Coloniensis Ecclesiæ, atque FRIDERICO sanctæ Iuuauensis Ecclesiæ. Sed & ADALDAGO sanctæ Premensis Ecclesiæ Archiepiscopis. Pariterque Domino OTTONI gloriosissimo Imperatori Augusto, atque nepoti suo HENRICO Præcellentissimo Duci Bauariorum. Cæterisque omnibus Episcopis & Abbatibus, Ducibus atque Comitibus Galliæ atque Germaniæ. BENEDICTVS diuina gratia præditus Apostolicæ sedis Pontifex, seruus autem seruorum DEI in Domino salutem. Oportet iustis supplicationum petitionibus nos semper faciles & humiles exhibere, & præcipue cum fraternis religiosorum confacerdotum precibus sollicitamur, qui passim ab omni mundi termino tenorem & regulam, atque proprii officij vigorem ab hac vniuersali sancta Romana matre, Ecclesia, eiusque sortiuntur ministerio, Vicario scilicet beati PETRI Principis Apostolorum cuius quamuis indigni, eiusdem tamen gratia & dono potestati successimus & ordini. Cui voce dominica dicitur. *Tues PETRVS, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam.* Qua propter dignum æstimabimus, assensum præbere congruis postulationibus Reuerendissimi Archiepiscopi, quas per probabiles personas nobis intimauit, responsalium suorum duorum præbyterorum, quatenus sibi pallium & Metropolitanum honorem Cathedræ suæ, sanctæ Lauriacensi Ecclesiæ restitueremus confinio Vngrorum adiacenti, quod omnino nos eidem Ecclesiæ debere restantur antiquissima secum apportata priuilegiorum testimonia. In quibus enim continebatur quod ætate Pontificatus beati SYMACHI huius almæ sedis Apostolici Præfulis præfata sancta Lauriacensis habetur Ecclesia Metropolis & in quantum tam exinde quam etiam de passionibus beatorum Martyrum, qui illic plures in tempore persecutionis pro fide Christi variis sunt tormentis multati colligere possumus ex omnibus Ecclesiarum Diocæsis Pannoniæ, hæc antiquitate & Archiepiscopij dignitate esse primitiuæ creditur quæ iam multis retro actis temporibus ex vicinorum frequentia populatione barbarorum deserta & in solitudinem redacta, nullum Christianæ professionis habitorem meminit: Vsq; dum inuidiosissimus Augustus & pater patriæ genitor quippe Pij Imperatoris nostri, quem adhuc superesse & diu dominari mundus exoptat bellico trophæo eorum vires retundit. Nunc autem quamobrem votis exultantibus in laudem omnipotentis DEI erumpimus, non solum sæpe dicta sancta Lauriacensis Ecclesia hostiū cessante terrore cum accolis suis pace & tranquillitate potitur, verum etiam ipsi dudum inimici, illum quem persecuti sunt more gentili, iam iam Christum baptizati profitentur, & sacerdotes modo habere desiderant, ac prout scire rudes poterunt venerantur, & Ecclesias quasdam in sua terra, quas patres incendio dederunt, posteri restau-

tare videntur. Hac ergo suadente ratione: Quod prænominati sanctæ Lauriacensis Ecclesiæ Archiepiscopi postulatio, antiqua Apostolica autoritate commendatur & præterea, quod cum iustum esset, pariter etiam vtile visum est, vt ad fructificandas DEO gentes, ex nouitiis cultoribus fidei Vngrorum atque Marauorum siue etiam aliis multis prouincijs Schlauorum suæ parochiæ finitimis illic ordinatis Episcopis secundum quod antiquitus dispositi erant, eis hunc constituere Archiepiscopum. Quoniam autem Salisburgensis Ecclesiæ Metropolis abusa est subiectione sanctæ Lauriacensis Ecclesiæ Pontificij oblitterata & attenuata sua dignitate ex deuastatione Barbarorum, quam propterea perceptis Apostolicis priuilegijs nequaquam patimur priuari, cum & priora sint Salisburgensibus, & ideo auctoritatiua, vel auctorabiliora. Quæ conditio testimonij etiam apud secularia iudicia viget & præualet. Nos verò in huiusmodi constitutionibus omnem calumniam atque contentionis occasionem Domino adiuuante facile propulsamus, ambabus parochijs ab inuicem certis limitibus sequestratis, & tamen Apostolicis sanctionibus vbique stabilitis, quas nostrum est semper defendere, & secundum Euangelicam sententiam nihil ex eis soluere sed adimplere. Vnde ergo auctoritate & potestate B. PETRI Principis Apostolorum atque exemplo beatorum Pontificum scilicet prædecessorum nostrorum eandem sanctam Lauriacensem Ecclesiam, eiusque rectores iam Archiepiscopos ammodo, perpetim ab omni Salisburgensis Ecclesiæ eiusque Præsulum subiectione ac ditione absoluimus, & honore Metropolitanato sublimamus, & sicut modernis temporibus sanctæ memoriæ AGAPITVS Papa terminos earundem parochiarum ab inuicem distinxit, sic & ipsi diffinimus, itaque quoque vt sancta Salisburgensis Ecclesiæ superioris Pannoniæ Episcopos habeat suffraganeos, quibus vsque huc sui Pontifices præesse videbantur, cum tanta taliq; diocesi, quali hæctenus in inferiori vfi sunt Pannonia.

Sancta autem Lauriacensis Ecclesiæ in inferioris Pannoniæ atque Mesiæ regiones, quarum prouinciæ sunt Pauaria atq; Marauia, in quibus septem Episcoporum parochiæ antiquis temporibus continebantur, suiq; antistites Archiepiscopalem deinceps habeant potestatem, cum tanta taliq; diocesi, quali hæctenus in superiori vfi sunt Pannonia. Quibus vtique in superni præceptis iungimus, vt iuxta beati Gregorij propter decretum Anglorum Archiepiscopis directum alter illorum qui prior sit in ordinatione tempore & quo ad viuat prioratum teneat in ordine. Penitus enim determinatis vtriusque Ecclesiæ diocesibus, omnique exclusa altercandi occasione canonicâ sub distinctione interdicimus, vt neuter earundem Ecclesiarum Archiepiscopus inuadere alterius parochiam præsumat, vel quibuscunque iurgiis aut disceptationibus super diffinitis à nobis modo rebus alter alterum sollicitare audeat. His igitur sedatis venerabilem confratrem nostrum Pilgrinum Archiepiscopum canonicis literis munitum sedi sanctæ Lauriacensis Ecclesiæ suæ in tronizauimus, palliumque ei secundum antiquum eiusdem Ecclesiæ vsum direximus, atque in prouincijs Bauariæ & Marauiæ, regionum quoque inferioris Pannoniæ siue Mesiæ, & in continguis sibi Schlauorum nationibus circumquaque manentium, nostram Apostolicam auctoritatem & vicem exercere committimus atque delegamus, quatenus illic more antecessorum suorum sanctæ Lauriacensis Ecclesiæ Archiepiscoporum habeat potestatem Presbyteros & Episcopos ordinare, atque constituere, & ex prædictis gentibus sua sancta prædicatione parare Domino plebem perfectam.

Vitam huius S. Gebehardi Archiepiscopi fundatoris Ecclesiæ Admuntensis, nec non sedis Episcopalis intra Carinthiam, in loco Gurca dicto, reperiet lector Antiq. lectio. D. Caniffj Tom. VI. p. 1227.

Lumen

Lumen praeferunt beis D. Hundij dictis, litera PP. Alexandri II. & Regis Henrici W. L. quas ex Tom VI. antiq. lect. huc transcripsimus.

ALEXANDER Episcopus, seruis seruorum Dei, Gebhardo Salzburgenfi Archiepiscopo, suisque successoribus in perpetuum. Quotiens ea à nobis petuntur quae religioni conueniunt, prompta debemus concessione annuere, & fauoris nostri gratanter praebere assensum, quoniam ex consideratione nostri officij cogimur. Ecclesiarum vtilitatibus, etiamsi minimè exigantur solite inuigilare, & animarum saluti solerti studio providere. Quapropter dilectissime frater, quia postulasti à nobis, quatenus Apostolica auctoritate concederemus tibi vnum Episcopatum in tua parrochia constituere, quia Ecclesia tua tam ample diffusa est, quod per te solum non possis eam in chrismate alijsq; pluribus, quibus Episcopali officio indiget, decenter ac rationabiliter regere: pijs precibus tuis inclinati, libenter annuimus, & vt etiam impleatur, satagimus. Apostolica igitur auctoritate, venerande frater, religioni tuae concedimus, volumus, & firmamus, atque auctoritate beati Petri, Apostolorum principis, in quocunque loco tibi melius visum fuerit, Episcopatum in tua parrochia, construe, & ad procurandum salutem animarum, adiutorem tibi tua consideratione ibi praepone. Ita tamen, vt Episcopatus ille Ecclesiae tuae, tibiq; vel tuis successoribus nunquam subtrahatur, & nullus ibi Episcopus quandoque siue per inuestituram, vt dici assolet, vel quocunque pacto inibi constituatur, nisi quem tu, vel tui successores prompta voluntate elegerint, ordinauerint, & consecrauerint. Indignum enim atque detestabile est, vt hoc quod studio pietatis à nobis quaesitum, Apostolica auctoritate firmatum, ad detrimentum Ecclesiae tuae quolibet modo vertatur. Si quis autem temerario ausu huius nostrae sanctionis priuilegium infregerit, nouerit se Apostolicae excommunicationis atque anathematis vinculo innodatum. At verò, qui pio intuitu custos & obseruator extiterit, perpetuae benedictionis abundantia repleatur. Data Lateranis XII. Cal. April. per manus Petri Clerici, fungentis vice Petri sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis ac Bibliothecarij, Anno ab incarnatione Domini M. LXX. Pontificatus vero Domini Alexandri Papae II. nono Indictione VIII.

IN nomine sanctae & indiuiduae Trinitatis. Henricus diuina fauente clementia Rex. Quotiens ea à nobis petuntur, quae religioni conueniunt, prompta debemus concessione annuere, & fauoris nostri gratanter praebere assensum. Ergo fidelis noster Gebhardus Iuuauenfis Archiepiscopus, de commillarum sibi animarum periculis dolens conquestus est, quod Episcopatum suum in Montanis situm, praenimia parrochiae amplitudine, & viarum difficultate, per se solum regere non sufficeret, consultu fidelium nostrorum, pro necessitate Ecclesiae, decreuimus & annuimus, vt infra Parochiam suam, adiutorem sui operis Episcopum & sedem Episcopalem constitueret. Igitur in loco qui dicitur Gurca, apud Ecclesiam sanctae Mariae, vbi prius erat congregatio sanctimonialium, placuit nobis vt Cathedram Episcopalem faceret, & eidem nouae sedi, partem Parochiae suae, & de praediis & decimis, quantum sibi conueniens videretur attribueret, & ad eandem sedem, Episcopum ex sua consideratione ordinaret, ea videlicet ratione, vt Episcopatus ille, Ecclesiae Iuuauenfis, & praedicto Archiepiscopo suisque successoribus nunquam subtrahatur, & nullus ibi Episcopus, quandoque siue per inuestituram, siue quocunque modo constituatur, nisi quem praedictus Archiepiscopus, sui que successores elegerint, ordinauerint, consecrauerint. Et vt hoc nostrum regale praecipuum stabile & inconuulsam, omni permaneat aeuo, hanc chartam inde conscribi, manuque propria corroboran-

borantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Ego Albero Cancellarius, vice Sigefridi Archicancellarij recognoui. Data II. Nonas Februarij, Anno Dominicæ incarnationis M. LXXII. Anno ordinationis Domini Heinrici Regis XVIII. regniverò XVI. iudictione X. Actum est Ratisponæ, in DEI nomine, AMEN.

aa. *Sequitur passio S. Thyemonis Iuuauensis Archiepiscopi.*

GLoriosam Martyris DEI Tyemonis seu Theodamari passionem venerabiliter Ecclesia suscipiat, amplectatur, & celebret, quam nos vltimi seruatorum eius ardentè colentes, equidem meritò, vtpote signis in morte, & post mortem illustratam, nostro etiam scripto, posteros eam ex parte agnoscere laborauimus, ne tantum fidus, ignorantia obnubilante, minus in terris, quam sursum coruscaret in cœlis.

Magnitudine, diurnitate, passio huius B. Martyris inter agones Martyrum adeò mira, adeò eximia, vt nihil supra. Periculis ex genere, periculis in falsis fratribus, periculis ex gentibus, cum Paulo Apostolo omne quod profuit, tempus exegit.

Imitabile hinc miseris mortalibus in se procurauit exemplum, hoc præsertim tempore, quando homines sunt seipso amantes, temporis lucri sectatores, quando in foribus Regum corruit iudicium, & iustitia ingredi nequit, cum ipsi Domini Pontifices alius per ambitionis, alius per inuasionis assaultus, alius per cõspirationis & factionis cuniculos dignitatem arripiunt, trahunt, dilacerant, sedem ambiunt, ante cuius onus succumbere, ad cuius rationem contremere, & subitus fugere indementes magis debuerant. Sed profecto, vt ait quidam, imbecillum est genus humanum ad contemnendam potentiam. Verum etiam vâ illis, per quos scandalum venit, & contagium quasi pestilentia ab alio in alium per vniuersum mundum vadens grassatur.

Sed jam beatissima passio Martyris, & vitæ eius sub oculis pingatur religio. Hic ergò ingenuis * parentibus Baioariorum genere oriundus, in primæua ætate * ALTENSI monasterio tam regularibus, quam scholaribus disciplinis traditus est imbuendus. Huic ab adolescentia sanctitas, innocentia, humilitas, prudentia, omnisque scientiæ genus oblectationi fuit, ibique iuuentutem suam exercuit. Quapropter & bonæ indolis viro diuina vnctione indultum est, vt non modò eas artes, quas liberales appellant, sed & mechanicas vniuersas simul, pictoriam, fuloriam, sculptoriam, carpentariam, omniaque huiuscemodi genera & species, in modis & in formis, instar mollis ceræ, quantum ducere artifex manus, & fingere multiformiter queat, docili ingenio assequeretur & facilius.

Inter hæc cum strenuis virtute, cum modestis pudore, cum innocentibus abstinentia certabat, & esse bonus, quam videri malebat.

Quantæ autem districtiōnis zelo vitia sua reprimens & triumphans, ea in femetipsis diuinis perinde obrutibus, & tum priuatus, & primo in pontificij culmine, ac deinceps in sanguinis effusione placuit, superna reuelatio & ipsi, & nobis, quousque hodie & reliquum legimus, vel lecturi sumus, indicio infra scripto innotescere voluit. Cum adhuc in ALTENSI monasterio regulariter demoraretur, res incidit quodam tempore, & humanum passus est, vt iracundia fortè commotus, & oneri imparem interim animum gerens, statim de claustro impetuose recederet. Iamque iuxta siluam contiguam eulpatum iter tenebat, cum illicò DEI miseratione stimulus Angeli Sathanæ ab eo recedens, saluum virum reliquit. Tum ad seipsum rediens, mirari factum, & displicere sibi ipse

* Imò nobilissimis, nam Conradus Comes Medlingensis cognatus erat.
* in inferiori Al-tach.

ipse cœpit, erigensque se contra se benè indignando toruos oculos super vias suas posuit, & melius iter versus, quàm venerat ocius relegere cœpit. Et post pullum sacerdotem obuiam habuit, equo sedentem, à quo sine mora, quod obscura persona non fuit, agnitus & salutatus est. Moueri autem is apud se cœpit, equidem haud indignè, in his eum adorsus est verbis: Vnde versum aut quorsum Dominus meus, tam insolitè, tam præceps rapitur? quid rerum est? Tunc humiliter velut vitæ languidus, & rancido vultu infelicitatis suæ historiam rexit, & tamen afflicto spirat reuerentia vultu. Qua motus etiam sacerdos equo proprio desilire, & ad cellam vsque commodare velle cœpit, talibus verbis insistens: Noli domine mi, hanc iniuriam tibi facere, non eas, quia temetipsum degeneras, persona tua vilescit. Indulge honori ante homines propter homines, in iumento meo redire consenti, & ero comes itineris tui. Non frangitur, non mulcetur blandientibus verbis beati viri constantia, & immoto pectore virtus dura respondet: sine me. Non æquitas solatium patitur, contra ius bonumq; suggeritur, melius mentem subijt consilium. Reducat pedibus submissa humilitas, vnde superbia furiosa exploferat. Dixit hæc, & ad Monasterium suum tam pernici gressu quodam, prono affectu se rapuit. Lætissimis animis excipitur, salutatur, palpantium studijs etiam intuitè grauatur. Impunitate oblata intrare simpliciter & inferi inter ipsos oratur. Abnuuit vir spiritu DEI tactus monitaneum hoc, & præter inane nomen veterum inutile, honoris specimen elegit, quod in æternum conduceret, quod Angelis in cœlo gaudium faceret, & vt par erat, iuxta rigorem non monachicæ tantum, verum etiam canonicæ, imò Ecclesiasticæ generalitèr disciplinæ, ad satisfactionem nudus processit, æmulans factis auctoritatem Christi dicentis: *Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non introibitis in regnum cœlorum.* Proxima hinc nocte, cum more suo semper consueto, hora matutina omnes præueniret, adiens capitolium, quendam ignotum, venerabili omnimodis forma & habitu contra se assistentem, corporeis oculis vidit, qui ipsum & Episcopatus apice sublimandum, & deinceps Martyrio consumandum signis apud Monachos vilitatis euidenter edocuit. Quo facto ab oculis eius euauit.

Ea tempestate apud **IUVAVVM** Monasterij sancti **PETRI** Abbatem diutinæ ægritudinis ita confecit molestia, vt nomine officij fungentem administrationis officium penitus feriantem relinqueret. Quocirca Euangelicam pertimescens sententiam: Cui plus committitur, plus ab eo exigitur, nec infirmitati fati confidens, ad excusandas excusationes in iudicio, prudenti humilitate, & humili prudentia onus recusare, cuius opus excusare in tantum foret, fatius duxit. Audiens igitur Reuerendissimum, & verè Apostolicum virum **GEBHARDVM**, in diebus illis sanctæ Salisburgensis Ecclesiæ Archiepiscopum, & Apostolicæ sedis Legatum, id quod in re erat aperuit, & absolui ab officio impossibili institit. Nec inani apud pium, apud misericordem instantia laboratum est, vbi ratio necessitatem, fas innuit veritatem. Quod non mortua vita fuit. Absolutionem ergo obtinuit, & in locum illius diuina ordinatione, & libera fratrum electione de **ALTENSI** monasterio ascitus est venerabilis **TYEMO**, genere, industria, conuersatione, atque scientia clarissimus. Tum inuestitus ab eximio Episcopo suo **GEBHARDO**, iniuncto operi, omni inuigilauit instantia, omnia bona & sancta factis amplius, quàm verbis secundum regulæ scita ingerens, inculcans, indulcens.

Per idem tempus nauicula **PETRI**, quasi dormiente interim **IESV**, tempestatum procella propemodum mergens vexabat, omnesque veritatem & fidem beato **PETRO** seruantes, eiusque Vicario tunc Apostolicæ sedis Præsuli

GREGO.

*f. vii. mon-
mentanc.*
Luc. 14.

Matth. 18.

Luc. 12.

f. Alient

GREGORIO septimo, aut in vndas mortis, dirum fremens ac feruens salutem trahebat, aut in longum exilium patria, honoribus, rebus, extorres iactabat. Inter quos GEBHARDVS Archiepiscopus singularis proreta, & principalis columna, cui inniteretur nutans & languens: paulum etiam adhuc spirans mater Ecclesia, ab impijs fauoribus HEINRICI quarti Imperatoris expellitur, aliusq; Episcopus ipso indignior, quo indignis habitus dignior, regia authoritate & inuestitura intruditur verius, quam intitulatur, executione pro benedictione potitur. Cuius conuentu venerandus & circumspectus Abbas TYEMO impiari formidans, ne communicaret peccatis alienis, concessit in SVEVIAM, ardore sancta monasteria visendi HIRSAVVENSE, atque SCHAFFHVSENSE, quorum vtrumque tunc temporis tantæ distractionis fulgore enituit, vt passim quaquaversum relucens, ceteruas fidelium lumine suo attraheret, & dulcis theoria disciplinis in schola spirituali adprimè imbueret. In alterum horum, id est, HIRSAVVENSE, cuius etiam * Augustinus nomen mansit ac manet, totis animis vir DEI se recipit, priuatimque in scientia, conuersatione & communione fratribus gerens, in fausti temporis exitum operiebatur, degens in illis quasi vnus ex illis. Post exactum inibi hoc modo triennium, errantis patriæ labyrinthum, sui que regiminis locum repetere cœpit. Prædictus inuasor Episcopi sperans arundinem vento agitatum, ad suam peruersitatem inclinare velle, aut inclinari posse delusum animum, erigitur, exhilaratur, dilatatur, blandiens simulatione, satagens beneficijs, indulgens honoribus. Sed in acta re vir DEI contagionem lepræ eius pertimescens, in iunctam heremum sese collegit, vbi ADMONTENSE cœnobium fertur subisse, à præfato GEBHARDO Episcopo nuper fundatum, non sine diuino oraculo. Quod qualiter factum sit, & situm loci, quomodo res obtulit, breuiter pandere ignorantibus libuit. Locus ille inter montana BAVARIÆ, iuxta ANSIM fluuium situs est, aditum difficilem viantibus præbet, adeo ipsa natura munitus per gyrum, vt altissimorum ambitu cœlum proximè dicas circummuratum. Prospectus in montes, aut sursum versus non est. Hoc monasticæ conclusioni, præstruente natura, idoneum, hoc vnum de cæteris, quare locus à strenuis longè lateque amatur, expetitur, ab alijs horretur, fugitur. Necesse est fortia diuersas virtutes aut prouocare, aut reuocare. In hoc ergò loco Monasterium beatus Præful fundare desiderans, dum esset ibi constitutus, quia fiscus Episcopalis erat, triduum continuum perstitit, non manducans neq; bibens, adeo æstuans discerpebatur cogitationibus suis, dum quod definiret, eligere non poterat. Mulcebat partim facies loci, quod inuius conuictui hominum tunc nullius idoneæ rei materiam in venis montium negaret; angebat è contra non carpento, neque * trabea, verum solis fragmentarijs necessaria posse inferri. His distrahentibus animum, postridie etiam dum cunctanti, subito surdus & mutus quidam in medio exurgens, diuino nutu coram omnibus hæc verba eleganter in Teutonico concinnauit Episcopo, inquiring. Tu debes inchoare, DEVS debet consummare. Qui homo nec postea, nec ante vllas edidit voces, donec post multos annos in depositione ipsius Episcopi, ad sepulchrum eius pleniter aurium & linguæ restitutus est officio. Mirantur utique vniuersi, studium & gaudium replent Episcopum. Mox quasi diuinitus accepto oraculo intrepidamente, pronissimo studio monasterium cœpit construere, sacris vestibibus, & marmore copioso ornare, re ditibus ditare. Porro successores eius, videlicet ipse TYEMO, cui hic stilus famulatur, deinde CHYNRADVS, vir magnæ authoritatis, ac potens in opere & sermone, familiari conuictu locum colentes, quantum supererogauerint, breuiter dici non potest, habet DEVS maiora retribuere illis. Huius CHYNRADI temporibus, nostra iam maiora qua-

generations

*

f. traba

Hinc patet
auctorem
& Tyemoni
fuisse
quasi

si nouum & melius intuitum accipiens locus, tum varijs modis, tum principaliter fama gloria, obseruantiarum rigore, nobilissima monachorum atq; sororū multitudine, nescio an super omnia Teutonicæ terræ Monasteria non inualuerit. In hoc itaq; cœnobium Iuuauensis Abbas sese interim recipere opportunum perspexit. Non multo post inuictus Christi athleta GEBHARDVS exacto felicis agonis cursu, ad palmam supernam vocatus XVI. K. * & ultra naturæ concessit, sepultusque apud ADMONTENSE Cœnobium, ipso die depositionis surdum & mutū quem prædiximus, ad sepulchrum propriū curauit, quo primo abijque deinceps miraculis viuere se in regnis cœlestibus testatur.

Verum pro dolor iisdem diebus, vt ait olim quidam, per dita damnato nocuerunt tempora mundo. Etenim mala abundabant in terra. De quibus omnibus vt aceamus, quem viuenti Gebhardo superpositum ante reuoluimus, arrepto tempore quasi vacuā sedem occupare post eum liberius cepit. Quod videntes, ad quos pertinebat, in eunt prout res monebat, consiliū, ordinare dignū gubernatorē matri Ecclesiæ. In partes primo discedunt, vt in tali negotio assolet, vt cuiusq; natura & mores erant, alij benè, alij secus consulentes. Vnusquisq; in suo sensu mox abundat. A spiritualibus & diuino sensu super ceteros homines vigentibus venerabilis TYEMO, dictante id eis spiritu sancto, honestissima suffragatione vocatur Episcopus; alij quendā ADALBERONEM, Frisingensis Ecclesiæ Decanū asciscunt antistitem. At supernus arbiter medium se partibus inrer ponens, qualiter huius posterioris electionem approbarit, celeris animaduersionis sorte aperuit. Dies enim colloquio decernitur, vt exhibita electi vtriusq; præsentia, in vnum ex his quoquo pacto ab omnibus consentiretur. Conueniunt eo Pataviensis Episcopo. Altmanus Apostolicæ sedis legatus, dux, comites, simul de vtroq; ordine grandis Ecclesia. Quo dum simul nauigio prædictus Decanus pergeret, medio amne sub oculis admirantiū pauentiumq; imergitur, taleq; omnis controuersia compendium Iudicis DEI sortitur. Continue enim concordatis partibus ab vniuersis quasi diuinitus declaratus TYEMO in Cathedrā Pontificalem laudatur, consecratur, omniq; plenitudine metropolitani iuris firmatur. Satis agebat pro principatu suo ipse Phylochristus, quantū in ipso fuit, prouidens bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Verum omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patiuntur. Tredecim namq; annis, quibus præfuit, bellis, obsidione, gladijs, captiuitate, omnia extrema perpresso, instar beatissimi Athanasij Alexandrini Episcopi nunquam penè liberū corpus, ne dum libera authoritas fuit. Grauis eadem res, eadem causa, quæ & prædecessorem suū vrgebat. Diuisum enim inter se ea tempestate regnum, & summū sacerdotium, diuisa cum his iniustitia atq; iustitia, fasq; nefasque, mediam inter se Ecclesiam trahebant, conuulsam & dilaceratam variè, alijs alij morem gerentibus. Planè cum pluribus * diu moris consilium factum, hic Præsul in reuerentia & obedientia sanctæ Romanæ sedis permansit, vsq; ad finem fidelis. Propterea præ participibus suis, hæc omnia, quæ præmissimus mala, eum apprehenderunt. Denique & æmulam sedem contra eum tenebat ille ipse, quem, ei superpositum viuente GEBHARDO ante latius docuimus, spectabilis planè persona, & tantæ dignitati idonea, nisi aliunde quam per ostium ascendens, teste veritate, fur esset & latro. BERTHOLDVS hic erat, infelicitatis suæ satis notus elogio, cuius intrusit, magis verò HEINRICI quarti Imperatoris, qui per Italiam & Alemanniam, heu totius mali materia videbatur & forma, huius iniqui conspiratores eo vsque venerabilem virum persequendo deducti sunt, vt grege factō bellum adorientes, sanguinem eius quam omnia mallent. Aderatis per se eum quibus poterat copijs, pugnatum est à duobus propinquis suis æque

nobilibus atque magnificis viris, quos adiuuabant sanctæ Ecclesiæ ministeriales, plena fide, igneo studio, si quando diuina voluntas annueret Ecclesiam ab inuasoribus eripi, iniurias ultum iri. At verò placet sapientiæ Dei electos proprios, hic interim premi à reprobis. Vincitur ab aduersa parte acies Præsulis; fusi sui partim, alij fugati; spolia direpta, simul cum pallio suo, intactus ipse fugauit. Non multo post cum per THAVRVM montem in Carinthiam iter legeret, ecce VDALRICVS Comes partium Cesaris, dum vult malam virtutem seculari factura narrare, ausus est manum sacrilegam mittere in Christum Domini, & in ipso monte nil minus suspicantem circumuenit Dominum suum, & cepit. Nihil genus Romanarum, quod tempore, quod miserum esset, in ea captiuitate per quinquennium expertus non est. De quibus singularim sperem differere, incertum habeo, piget magis, an pudet. Nam & maximus locorum Episcopis subiaccntium scilicet PRISACENSIS, vti cum ipso antistite, vel deleteretur funditus, vel in fisco publicum redigeretur, quinquennali obsidione tentatus est atque vexatus. Affuit loco quoddam diuinum præsidium, ne per tantum temporis subijci possit. Cumque inceptum tardius procederet, Reuerendum Pontificem cum prædictis cognatis eò deducentes, primitus cum ligauerat, pro pudor, ad machinam extractam, quam vulgò mangonam appellant. Non sint, inquiunt, manus nostræ super eum, sed manus oppidanorum, vt occidatur. Verum quia nequitiam inaniter tantum flagitij intenderant. Agnouerunt enim oues pastorem suum. Tum proximos eius, quos supra cum eò captos adduxerant ante ora statuentes, subinter minatè optionem dederunt, aut loco mox tradito obsidionem soluere, aut imminenti gladio cognata colla exponere. Respondet Episcopus: Res Ecclesiæ sunt, res sunt RVDBERTI, de quibus agitur, quas in cautionem meam tutandas ad tempus, & fideliter dispensandas suscepi. Non mihi contingat earum distractione, fluxum & fragilem vitam, seu cognatorum, seu meam suspendere. Non facio animam meam pretiosiore quam fidem. Innocenter hi itaque capite truncati sunt. Quod in pectus antistitis alto dolore ascendit, dixitque obsidionis principibus, VDALRICO scilicet Comiti, quem ante latis commemorauimus, cum germanis suis duobus. Quomodo, inquit, viros justos, & sine querela pro Ecclesiæ tantum defensione interemistis? Maledicti eritis super terram, nec peccatum vestrum à facie Domini delebitur, sed in sceleres ex hoc in reliquum, & decrecentes viuetis, donec dignas animas inferno reddatis, æterno igni pascendas. Perhiberi vsque hodie solet omnium provincialium fame, scelestos Comites nunquam prosperatos, in aduersis dedecorem vitam, in arumnis duram mortem luisse, iuxta vtri DEI sententiam. Qui ab eisdem post hæc in aliam munitionem translatus, militi cuiusdam deputatur custodiendus, vbi pro regno Dei & iustitia eius, tam dura angaria, quam diutina agonizabat.

Iamque multum temporis fluxerat, nec flecti à recitudine statuti sui tenax animus quibat. Quare cædium Cesarianis faciente, gladio finiendum decreuerunt. Ad quod piaculum custos pro se alium militem conducere maluit, quali per alterum ipse rem agens, immunior foret. Sed mentita est iniquitas sibi. Spiculator ergo ingrediens, vbi fortis agonista DEI feruabatur, rem prius, pro qua venit, aperit. Respondit intrepidus Episcopus: Domini voluntas fiat. Surgensque dicto symbolo cum oratione procubuit, cervicem super lignum extendit. Accedens licet totis viribus fulmineum ensẽm adegit, sacram verò cervicem, ac si ferrum ac lapidem secare non potuit; Tantum summa cutis, vix tenuem velut lineam ictus, & quod solum ictus agnosceretur, accepit,

accepit, quod signum ulterius obduci, quam diu in corpore vixit non potuit. Relinquere per hoc voluit omnibus auditis Dei omnipotentia, & suæ virtutis indicium, & humani flagitij. Quo semel cepto minister diaboli frustratum ictum suum imputans, quod negligenter fecisset, denuò cum cura & enixius ferire parabat. Age, cernere erat vim viribus exire conantem. Tum in altum vibrans gladium, ut ab alto grauiori ingereretur in gulam, trabem super verticem, dum non prouideret, valido prius ictu signauit, erat enim in æstuario, fractusque continuò ensis in partes dissiliit. Indicium fuit Pontifici, quod nondum venerat hora eius. Non in tenebris, neque sub tecto, verum inter confertissimos hostes apud Corozaim triumphus illum manebat. Equidem & armiger sathana casu credens rem factam, sed manifestam Dei manum expauescens, tum virtute, tum autoritate viri permotus, flexit animum suum, & eiusmodi preces effundit, coram sancto prostratus: Confiteor pater Domine, omnipotenti Deo; quia infelix ego homo peccaui multipliciter, in sanctum & honorabile caput tuum, non vniformiter: sed per illum, qui te saluauit, obtestor & flagito, ut veniam rei indulgeas per tuam clementiam. Ad hæc tam pia facilitate quam prudenti discretionem in hunc modum respondisse Episcopum accepimus: Quoniam pœnitentia delicti in nos admissi, ex parte mea corde tenus illud indulgeo; si quid verò in DEVM perinde constat flagitiosè commissum, notum à seculo est Domino opus suum, quod reddere oporteat. De hoc aliter videas conuenit. Sed iam dicta etiam atque etiam mente versantibus, quam prudenter in re vna eademque inter nostram discreuit & Dei iustitiam, certo certius erit. Etenim accipere iniuriam, reddere bona pro malis, iustitia Christiana est, aut sine effectu est. Per se homo, vel ex sui parte ignoscat gratiatio, neglectum iri apud conditorem impia causa non poterit. Noluit ergo verus doctor, quæ vera, quæ sana, non etiam reo huic innotescere; quod suum erat fecit ei, & egressus est homo. Nec defuerunt inter hæc monstra quam plurimi longè lateque, qui miserandos casus antistitis profundè dolentes, subueniendi animos avidos gererent, sed horum alios jus factionis, alios alia impedimenta repulerant. Principes conducere potuissent, sed eos partim similibus ærumna ipsidem de causis vexabat, alij cum Rege talia faciente Principes erant. Pauperes contra violentiam assisterent? sed pauperes erant. Paupertas indiga opis, inops auxilij est. Patrem Apostolicum appellassent? sed hoc exemplum calamitatis, his tempestatibus erat, proscribebatur, cadebatur, exterminabatur, humnarum rerum spectaculum præbens. Adco implacita urgebant, & deformia tempora.

Attamen fuit secundum genus seculi honesto loco natus quidam religiosus ex illis, qui apud Canonicos & Monachos exteriores fratres in cappa vocantur, cuius scema ordinis & habitus is etiam NORICÆ regioni omnium primus intulisse narratur. Equidem ab Abbate HIRSAVVENSIS Reuerendissimo Willihalmo per idem tempus humili officio, humili institutione illud genus ortum susceperat. Prædicti autem fratris * CHVNRAVVS ferebatur. * *homen* Hic solus dignus inuentus est, cui præstaret in fructum perennem omnipotens, liberare famulum suum de manu potentis. Et opportunam rem videns, quia pecuniæ obediunt omnia, sumptibus componere negotium parat. Itaque inter cognatos & notos communes collatione facta, militem custodem 40. * corrupit, & præfulem de captiuitate saluum secum abduxit: * *talens* Erat autem vir DEI etiam ingenti fortitudine præditus, adeò ut militem cum omnibus armis de ponte fluminis vna manu sustolleret & sine onere pendulum in aëre palpitantemq; teneret. Et ut breuiter concludamus, omni gratia,

omnibus bonis, super alios mortales insignis enituit, præter pacem mundi, si benè hæc dicenda pax est. Verum ipsa media est, nec fugere omnes bonos, nec omnes amplecti videtur, quam nemo bonus benè vnquam concupiuit, dum premere magis bonitatem nonnunquam consuevit. Quantum verò ad præsens attinet, Werra, sanguis, iniquitas sic tempora illa fœdauit, vt quietum nihil, tranquillum nil merito esse posset; pacem verò bonis fore nec saltim deceret, vnde minus mirandum de nostro antistite. Qui post captiuitatem, vt dixi, solutam, in terrâ sua iam fructum suum non sperans, in Sueuiam se contulit, & cum venerabili GEBHARDO Constantiensi Episcopo tempus redimens, sanctis & DEO seruientium monasterijs, quæ in circuitu erant, quam commansionem indulfit.

Secundus autem venerat annus post eum, quo sancta ciuitas Hierusalem de subiugo gentium ceruicem crexerat, nec dum tamen, aut bella omnia pacata, aut armis parta pax & securitas fuerat. Initium illud misericordiæ stillauit DEVS, sub Duce GOTFRIDO, qui cum alijs quos idem Spiritus repleuerat, primoribus 70. millia expeditorum adduxerat, acceptaque victoria, Rex Hierusalem creatus ex sententia omnium & vnctus est. Horum opus adiuuare pro nomine Christi conflagrauerunt ex Almania, Bauari, Sueui, tam proceres nonnulli, quàm populares, tradentes in hoc mundo animas suas, vt in resurrectione vitæ sumerent eas. Caput horum & sydus vt ita dicam, quo cuncti regerentur per mare, sacer TYEMO factus, simul cum Duce WELFONE Hierosolomitana peregrinationis iter inuadit, præsertim quia non fructus in agricultura sua, sed fœda omnia euenerant atque acerba. Sic mala res, peior spes, procul & vsque in Sueuiam cultorem de vinea sua eiecerat. Veniunt ergo cum eo omnes constantes corde, vsque ad terram repromissionis; cum subito antequam sanctam urbem attingerent, innumera Ethnicorum multitudine circumfusi, & constricti sunt. Etenim in ciuitate Corozaim tres fratres principabantur, scilicet DIOCLETIANO paganiore, DECIO tyranniore, qui aduentu nostrorum comperto, antequam quidem pro recenti amissione Hierusalem & victoria Christi nimium venenum vix continentes, & tunc euomere totum in peregrinos auentes, instructi pro * tempore copijs quàm maximis intentissime obuiam ruunt. * Cernens vim, viribus exisse pugnantem. Hinc late strage nostrorum facta, paucis elapsis quo ad desiderata loca tantum peruenerunt, reliquos omnes in captiuitatem duxerunt.

Dux Welfo apud Paphum seculo excesserat. Episcopus autem inter eos Christianos, permittente Deo, qui capi propter nos & ipse non reuict, capitur, trahitur; nec repugnauit, sed indignos pedes ferrea boga religatus subigitur. Eo quippe modo quoquo versum, illic pagani Christianos, Christiani paganos, victos angariare ad seruitia quotidiana consueverunt, ligna, lapides, aquam de procul baiulare. Cumque postmodum inter se prædicti fratres diuiderent spoliarum & hominum, præcipuus ipsorum proprio Episcopum peculio vendicans, venundare quasi vile mancipium cum alijs venalibus statuit, infelici mercimonio suum cupiens larcinare saccellum. Veruntamen conceptiui Christicolæ, qui initia felicia, & ordinem viri minimè nesciebant, omni reuerentia nihil remissum, nihil tardum obsequentes agebant, vt patrem obibant, vt sancto humiliabantur.

Nec latuit paganos quid agitur, inspectant, quæ persona, aut quid intra suos fuisset, nostros sciscitantur. Respondetur, conditione illustrem, vita

vita purissimum, dignitate Episcopum esse. Hi venientes Regi suo, quæ audierant, intimare non differunt. Ille accersire Pontificem, & suis aspectibus assisti præcepit. Quem huiusmodi alloquio adorsus est: Quis es? aut cuius artis peritus? Ad hæc Episcopum talibus verbis locutam accepimus: DEO meo largiente diuersarum quidem artium disciplinam profiteor, sed præcipue vt sapiens architectus fundamentum fidei firmiter in cordibus hominum ponere scio, super quod si quis bona opera ædificauerit, neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus subruent hominem fundatum supra petram, quæ est CHRISTVS. Clericum autem se & Prædicatorem figurabat. Respondit ei Rex: De ædificio huiusmodi nihil mea interest, sed tabulæ artem si nosti, seu pictoriam, vel aliquid tale, nostræ vtilitati accommoda. Si artificem, inquit, nosse desideras, optime vetusta renouare & scio & possum. Ille non capiens quæ Dei sunt, cum indignatione respondit: Quid ambagibus garrulis circumscribendo lacesis? Ait ad eum Episcopus: Verè, vt dixi, nutantia & vetera renouandi disciplinam accepi, quia legem veterem in nouam Christo Deo meo auctore commutare noui; insuper & operatorias artes, quas quaris, scilicet aurariam & huiusmodi, omnes profiteor. His auditis in gaudium magnum, & vocem erumpens ait Rex: Gratias dijs nostris vberimas ago, quod seruum cunctis vsibus idoneum dignati sunt destinare, & conuersus ad Episcopum, Age nunc artificum, optime, inquit, da operam, DEVM meum manus truncatum, aut noua effigie ex integro, aut nouis manibus restaurare, vt propitium diuina prouidentia. * pensus tuo beneficii mereamur sentire. At ille gentilem inter se, & miserans & irridens errorem ait: Iube Deum truncum huc afferri ad me. Accelerant seruientes Regi, & ecce inter manus præsentatur laruale simulachrum, verè laruale, cuius alia forma exterius, alius habitator interius, scilicet Diabolus, quem in eodem demens vitio paganorum, diuino adorabat ritu, & coluit. Intuitu eo, subiunxit Episcopus: Malleo inquit, opus est; ni fallor, emendare potero Deum vestrum. Credunt deludenti, gratulantur, malleus grandis defertur, sicut præcepit. Quem manu arripiens, accessit ad simulachrum. Cumque stetit super illud, hoc sermone exorsus est: Immunde spiritus, qui in ista effigie habitas, ad deludendos miseris homines, qui non credunt DEVM in vnum & verum, & loquens & seducens, sicut per serpentem seduxisti Euam, tibi præcipio in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vt de omnibus quæ voluero, accipias verba & reddas. Confestim verba contulit ad diuini nominis obstinationem diabolus. Cumque diutius fermocinarentur, dæmon in Christum, quandam blasphemiam proferre ausus est, quam concussans aures vir DEI sustinere contumaciam noluit, sed blasphemum monstrum insiliens soletenus illud prostrauit, & malleo, quem manu tenebat, cum vires etiam bonus furor incitasset, particulatim ingentem statuam, DEI virtute in breui comminuit. Quid plura? videntes pagani qui circumstabant, rem gestam, mutuò semet hortari, & quadam quasi frenesi capti, sacrilegum clamitare cœperunt, & impetu facto in eum nil aliud mox, quam necesse mortis vindictam anhelauerunt. Verum Rex alijs insanis ipse insanior, peiori consilio suspendere interim lethi celeritatem malebat, & prolocutus est dicens, Nolo herede, nolo vno, sed multimodis tormentis contumacem laniatum finire. Per me insuper id nec volo, nec possum, par est Deos consulere, eorumq; placito & posteris digna decernere. Vinculis ferreis interim & carceri infernali damnetur. Amplectuntur sententiam iniqui satellites, fitque vti ille censuerat, & catenatus ad carcerem Præsul importunè impellitur.

Ibat autem exultans & laudans DEVM in hymnis & canticis, agonemq; suum omnipotenti DEO commendans. Rex autem contrito simulachro, nesciens diabolum suum vnde viuere requireret, ad aliud vicinum idolum statim missos suos cum hostijs direxit, dans in mandatis vti sacrificantes velociter, de agendis consulta reserrent. Sed quemadmodum dispensatione diuina beato Iob olim Sathan volentissimus quidem in facultate, & in carne eius pugnam inflixit, sed nolentissimus de pugna occasionem in cæteris præbuit gloria, pari modo nec aduersarius noster diabolus, dictare potuit, quot, quibusue modis homo DEI laniatus enecaretur, non autem prouidit quem fructum patienti pro constantia operaretur. Nobis satis constat, hæc sicut & præcedentia ideo cuncta fieri in eum permilla, quatenus titulis eius, nec martyrij triumphus deesset, & conceptiuis Christianis robur eius æmulatione accresceret. Sacrificantibus ergo ministris Regis, & consultantibus, dæmon articulata voce emugire auditus est dicens: Licet meo fratre & Collega amisso, miserijs cuius deiectus, vix edere voces sufficio. Quid dignum super temeritate consulam, aut quæ pœna respondebit tanti sceleris reo? Illi non satis eueniet, quicquid eueniet. Itæ ergo, domino vestro meis verbis dicentes, vt flagellatum primò, sacrilegum in spaciousum pertrahi campum præcipiat, ibique cum sacrilegium corrigendo, dominum vestrum reparare, numina simul adorare noluerit, varijs & sæuissimis actis pœnis de viuentibus auferatur. Ad hoc verò spectaculum omnis globus Christianorum, velit nolit conueniat, vt eius pœna magistra, cultum diis terror, reuerentia dominis timorem incutiat. Accepto huiusmodi oraculo ex sententia animi sui, Rex alacer & lætabundus, cuncta vti doctus erat, mandauit effectui.

Soler verò nefanda confici arte vnguenti quædam species, contusa viperæ ac lacertæ aruina cum alijs eiusmodi bestijs, eoque vnguento impij homines ad pessima opera, pagani verò ad supplicia nostrorum vti consueuerunt. Talis enim naturæ est, vt oblitam cutem de super ossibus & carne statim auellat. Hæc ergo letifera specie contra sanctum die postera efferati, primo soleam inde perliuere: quam baculo appendentes, nudum præ se Martyrem super asino in campum agebant, infectaque tali solea verberantes, cutem corporis, vbicunque tacta fuisset, detrahebant. Sic in campum agitur venerabilis Episcopus, & in eundo ad DEVM ex imo corde huiusmodi preces effudit: Domine IESV Christe, qui pro nobis passus es, nobis relinquens exemplum, cui seruo ab infantia mea, cum sis iustitia & veritas: pro te omnibus ærumnarum generibus, vsque in exilium deueni, & ecce ad mortem pertrahor, vt compleam ea, quæ defunt passionum tuarum in corpore meo. Hic dies autem victoris, omnesque calamitates sceliciter consummabit, aut victo perpetuæ miseræ initium cumulabit. Præsta ergo seruo tuo viriliter agere, ne timeam tyrannum hunc, & quæ ab eo inferuntur tormenta, fortiterque pro te sanguinem fundens, liber deinde à peccatis, & doloribus, tecum exultem in sæcula.

Cumque ad aream certaminis venisset, iubentur spectatum adesse omnes nostræ professionis, & in modum circuli authorem suum circumstare, vt de propè videntes, & audientes recogitent & timeant, & exemplo disciplinam accipiant. Leuatur impio regi tribunal in medio campi, adsunt prospectum cum omnibus oppidanis funesti satellites, & de proximis castellis magna frequentia. Iudicium sedit tyrannus, & iussit exhiberi Episcopum. Quem intrepidum & alacri vultu accedentem vt vidit, hoc sermone adorsus est: Tu es ille contumax qui in DEVM meum mittere manus impias non timuisti, nec nostri respectum, nec Deorum reuerentiam habere voluisti? Respondit Episcopus: Turpis est Deus

Deus & sine deitatis virtute, qui conteri potuit, prohibere non potuit. At non est reuera lignum Deus, sed miromodo rationabiles homines sine ratione sunt, sine cerebro, & veri frenetici, qui nesciunt qui dicant vel faciant, qui de rebus putant, contra quam est, DEO s fore lapides ligna, Vulcanum claudum, Iouem (vt ex pressè loquar) ipsum scelus & crimen mundi abominandum, & cetera risu digna. Ego autem vnum Dominum habeo, vnum Regem cœlis atq; terris imperantem, visibilem & inuisibilem creatorem, hunc adoro, huic deseruio, à quo, donec superest in me halitus, auelli non poterò. Dixit ei Rex: Deponè miser insaniam tuam & audaciam, quia nisi acquiescens deos adoraueris, Christus tuus te saluare non poterit de pœnis paratis.

At ille non respondit ei verbum, sciens studio secus viam semem non esse perdeadum, quod diabolus tollit de corde, ne fidem fructificet. Tunc Rex imperans militibus ait: Accedite nunc, omniumque digitorum vtriusque manus, sammos, articulos secantes præcidite. Initium dolorum, hoc factumque est ita. Deinde Rex funestus dixit Episcopo: Ad huc per te tibi consulere expedit, vt sacrificans reliqua mortium superuadas, & vitam reserues. Respondit Episcopus: Tua doctrina non est tua, sed diaboli, opera eius non habeo, per me salubria sapio. Qui enim vitam Christo offenso volet seruare, hoc est planè perdere illam.

Ad hæc tyrannus commotior militibus suis, etiam iniunxit partes digitorum omnium, quæ sequuntur supremos articulos truncare atrociter. Placet pertinacem pertinaciter per singula membra concidi, tegerunt vt iusserat, omnique flexura digitorum sensim resecta, tum ipsas manus, postremò brachia detruuncantes insulauerunt. Tunc omnes nostræ professionis tam captiui, quam incolæ regionis, mos enim in partibus illis obrinuit Christianos complures, cum pacis conditione inter paganos pariter habitare, pariter negotiari, qui euncti spectaculo horrendo astantes, quod solum poterant, questibus & lachrymarum vndis modum exierant. Ad quos in ipsis doloribus Martyr conuersus, blanda consolatione allocutus est dicens: Nolite boni commilitones, & ciues Hierusalem supernæ, si fidem vsque ad finem vitæ teneatis, nolite super me flere, nolite non dolendum dolere; ipse enim ego tamen corpore in presentiarum deficiens, sublimiter spei robore gaudeo, quem eleuandum iam iam ab imis ad superos per gratiam Christi confido. In quo magis etiam gloriæ nostræ congaudere vos decet, simul & gratias agere DEO, qui vestris diebus, vestris finibus me suam eligere dignatus est in hostiam suauitatis, vobis in formam beati certaminis. Eniti cum omni virtute post obitum meum vos hortor ac moneo, vt fide inuicta, conuersatione perfecta, gentibus irreprehensibiles, Christo accepti perstetis; & si paupertas, pressuræ, exilium, imminet, meminertis vos in manibus palmam, regnum, gloriam portare. DEVS remunerator ea omnia victoribus præmia posuit. Quanta cuique fuerit virtus in vita, tantum erit receptus in præmio. Sæuiat tyrannus quoad potest, moriar, mors vltima linearerum. Alia vita, alia gloria subsequetur. Talia perstabat memorans fixusque manebat in agone felici. Quo iussu, ad pedes secandos iussit Rex imperius conuerti carnifices. Iamque per ordinem iunctura, ab iunctura sensim decisa, tunc demum ipsa crura detruncare insanientes cœperunt. Quid amplius facias ô infatigabilis semper crudelitas? Cur beatus Præsul iam iam spectaculo fœdo, miserabili, horroris pleno, nonne quod insanis mentibus semper crudelitas sua uis, impietas iocunda, sanguis voluptas, sæuitia stimulus est? Rex enim scelestissimus sanguinem bibens, in siti sanguinis permanebat, & similis hydræ illi famosa, cui numerosa capita pro vno surgebant, sic cepta semel rabie

creſcebat magis ac magis, non minuebatur. Iuſſit denique poſt prædicta omnia ſancti Epifcopi umbilicum ferro aperiri, & inteſtina illius inde inhumaniter extrahere, & extracta circa lignum, vti fila qualibet tenuata in fuſum glomerari. Cumque diu ſancta viſcera tali modo extraherentur, dolorum extrema vitalia cordis pulſauit. Iamque in vltimo ſpiritu conſtitutus, ſuſpiria quanta poterat, oculosque in morte natantes, ſuſum eleuans ait: In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum. Quæ verba ſimul cum vita finiens, beatum ſpiritum reddidit. Verè bono certamine certato, curſu conſummato, fide ſeruata, re-poſitam ſcilicet coronam iuſtitia Dominus reddidit in die illo, quemadmodum ſubiecto probatur indicio.

*Hinc patet
fides Au-
thorem
ſuſſe a-
quarum.*

Quidam namque Chriſtianorum, qui omnem poſtea eius paſſionis hifto-riam, noſtris partibus retexuit, teſtabatur, ſe ſub ipſa hora tranſitus martyris de corpore vidiffe angelicum chorum cum hymnis cæleſtibus venientem, & aſſumptam animam ad ſuperos cum exultatione viſibiliter ferentem. Vbi quanta gloria triumphans communi ſuper cæleſtium ſpirituum fauore ſuſcepta ſit, in corpore etiam extincto ſuper terram declarare diuinitus voluit. Particulas quippe membrorum negligenter hinc inde diſiectas, decreuit barbarica ſaui-ria, equorum pedibus conculcandas proijcere, ne, quod futurum erat, ſic cum deuotio Chriſtiana poſſet Martyrem facere. Accedentes ergò & tollere vbiuis ſparſa nitentes, quod mirum dictum eſt, nec minimum aliquid eorum valebant, quamlibet multi, à terra mouere. Pondus ſanctitatis motibus grauiora membra reddebat, magnitudo meritorum maiorum erat, quàm vt ferret iniuriam, quæ honoris digna, quæ obſequij exigens. Multa cura, multisque modis opus tentatur, fruſtra inceptum Deo reſiſtente oſtenditur. Neque enim vltra ca-num quilibet aut auium, ſeu beſtia de ſaltu accedere propius, & contingere de corpore ſacro præſumpſit. Mirati omnes tum demum quid, cui, feciſſent; ponere ſuper cor, & pauere cœperunt. Super omnes ipſe Rex quid ageret du-bius, quod ué conſilium caperet, vultu, colore, motu corporis pariter & animo varius agitabatur. Ad vicinum tandem idolum, MACHMIT nuncupatum, quod & ſuprà conſuluerat, miſit properè, qui acta indicantes, oraculum, quin totis de agendis referrent. Quibus dæmonem hoc modo locutum accepimus: Fateor magnus eſt, & fortis potentia DEVS Chriſtianorum, qui præſtat dili-gentibus ſe omnia cooperari in bonum. Ecce quem morti atroci addiximus, quia fidelis in modico perſiſtit, ſuper omnia bona domini ſui conſtitutus eſt. Sua patientia, crudelitate noſtra, id lucratus eſt viuens, vt in mortuum nihil poſſimus. Veruntamen quoquo pacto de ſuper terra auferatur necelle eſt. Sepeliatur, vel ab ipſis ſua ſecta hominibus. Nec diutius ſpectetur, ſub aère feris, auiſque vitandis quaſi ſacrum aliquod maximum, vnde gloria contra nos indies creſcat, vnde fama in populos longè lateque ſe por-rigat. Erepto aſpectibus corpore, ſolet ſenſim & mentibus elabi memoria. Permitti ergò partes ſui corporis Chriſtiani cenſemus. Poſtquam loquela ceſſauit dæmonum, reuerſi ab eo legati, quæ audierant, quæque in mandatis ac-ceperant, perferre ad dominum ſuum non differunt. Acquieuit ille placito, & datis dextris ſecuritatatis, cunctos Chriſtiani tituli in vnum confluere, & pa-trem ſuum, vbi vellent, ſepelire præcepit. Quæ creatori gratiarum actio, quanta exultatio, demerſos pios vniuerſorum animos erexerit, nos inſufficientes di-cere, legentium ſenſibus metiendum relinquimus.

Cumque conueniſſet copioſa multitudo noſtrorum, leuantes ſanctiſſima membra Chriſti Martyris, cum hymnis & laudibus deuotiſſimis in Eccleſiam, de portauerunt, tribuſque diebus ac noctibus impendentes excubias, ita demum ipſius

gloriosæ sepulturæ tradiderunt. Continuè autem Christicolæ prouinciales ipsius titulo & nomini, aliam in honore Christi super corpus eius condere cœperunt Ecclesiam magnifico opere, digna amplitudine, augustò decòre, quin à Deo merita eius incontaminata conseruant, vt idolum aliquod introferri aut poni in ea nunquam permittant, aut enim prophanatæ sub ipsis liminibus dæmone exagitante repellitur, aut simulachrum in frustra comminutum, stratus, vt Dagon olim ante arcam deicitur.

Eodem verò die depositionis suæ, ac deinceps multa Deus signa & mirabilia ostendere dignatus est, non solum in Catholicis, verum etiam in ipsis paganis, sicut grandæuo quodam & religioso quodam valde probo referente didicimus, in præsentia suâ cæcorum, claudorum, leproforum, dæmoniacorum totin breui curatos, vt numerum computare, celeritatem verò in oculis testibus credere non possent. Ea propter impensissimi amoris affectu, omnis paganorum grex, Martyrem amplecti non cessat. Urget frequenter obmittentes necessitas, compellunt eos experta pericula. Si quis enim Ethnicorum aliquando aut præsumptuosiorum, aut virtutum eius expertiorum, effringere sepulcrum Martyris, aut violare aliquatenus præsumpserit, sine mora aut spiritu pessimo repletus punicur, aut morte repentina extinguitur. His sæpius comprobatis, tanta dudum reuerentia gentiles cuncti martyrium eius honorant, vt omnes Christianos ad sepulchrum eius de longè vel propè tendentes, in eundo ac redeundo pacis immunitate saluos dimittant. Videat nunc primò ipsa mater Romana pro cuius fide & charitate omnia extrema percurrit, viderit hæc, inquam quæ proprio athleta præmia debeat, sua idem ipsius propria Ecclesia IYVAENSIS in pectoris alta demittat, qui cultus, quòd studium tanti patris ac propugnatoris natalicia deceat, tantò certius, tantò impensius, quantò signis continuis dempta dubietas, commendata merita, addita gloria est. Videri potest non mediocti intus gloria præditus, cuius tanta miracula foris coruscant. Passus est autem egregius Christi Martyr 4. Kalend. Octobris, adiuuante & coronante Domino nostro IESU Christo, qui viuunt & regnat in sæcula sæculorum. AMEN.

Et hinc frides hinc Historis accedit.

Lapsus Auentini. Henrico IV. tributis, quodhuius filio Hdnrico V. imputandum est, proum est corrigere. tum ex ipsa Chronologia Casarum; tum ex Ottonis Frisingen. narratis libr. VII. cap. XIV. Neg. verò obliuioni tradenda sunt, ea quæ de hoc ipso Archiepiscopo Chuonrado, Reichersbergense Chronicon commemorat. sub ann. MCXI.

Henricus rex iunior, cum multo Episcoporum, aliorumque Principum comitatu ad urbem Romam tendit ad acceptionem Imperialis coronæ, quam etiam veniens ingreditur præstitis ante iuramentis, ac data fide de pace Romano Pontifici, atque vrbis in regre conseruanda. Iam que ventum erat in medium Ecclesiæ beati Petri, vbi de iustitijs hinc inde conseruandis ac tenore concordie inter sacerdotium & regnum tractare conuenit: cum felix hinc inde prolatis concessum est circumstante confertim coronæ armorum. Proferuntur in medium literæ de parte regni ad Romanum Pontificem directæ, & quæsitum per Cancellarium Domini Papæ à Domino Rege eiusque Cancellario, an eas suas, & à se missas recognoscere.

Cumque responsum ab eis fuisset, etiam eadem in palam literæ lectæ, scilicet promissa Domini regis ad Dominum Papam continentes, similiter & ex parte regis literis, quæ à Domino Papa directæ fuerant, in medium prolatis, responsum est, itemque literæ in publico recitatæ, quæ Domini Papæ ad regem promissa continebant, vt superius paulò dictum est. Dumque promissa eatenus inaudita Episcoporum aures percellerent, cognoscentes se & Ecclesias suas occa-
sione

sione imperialis coronæ regis capiti imponendæ spoliandos antiquis possessionibus, quasi ex vno ore contra dicebant: aientes se regi coronam Imperialem tanto suarum Ecclesiarum detrimento emere nolle. Cumque & armati circumstantes eos minis & terroribus perurgerent, quasi jam interficiendos, nisi consensissent; Chuonradus Iuuauenfis Ecclesiæ Archiepiscopus quasi signifer inter Episcopos, utpote nobilior & honoratior cæteris, etiam caput potius amputandum, quam ut ad ea, quæ petebantur, consensum præberet, porrexit. Et dum clamor hinc inde confusus aliquandiu percrebuisset, rex cum indignatione & motu animi surgens, abire cœpit. Sed & Dominus Papa ex præcepto militum cum rege & post regem abire compulsus est. Hinc præda grassatur, hinc cædes ciuium Romanorum pro pastore suo, quem liberare cupiebant, morientium; captiui quoque Domini Cardinales & Clerici trahuntur. Omnia siquidem ostia Ecclesiæ obseruata fuerant, ne quis liberè effugere potuisset. Episcopi videntes quæ fiebant, gemere & facinus detestari, sacrilegium clamitare. Multa verò & inenarrabili cæde in ciues Romanos perpetrata, rex abiit & Dominus Papa cum eo. Clerici autem tenerè educati funibus trahebantur ab equitibus, quos illi, ut poterant, sequebantur per plateas luto profundo ac tenaci vix emergentes. Quidam etiam inter manus trahentium, & ad currendum hastis transfueris cogentium spiritum exhalauerunt. Qui verò super fuissent, per nocturna tempora vel saccis inclusos, vel catenis, vel alijs vinclis, ne fugaberentur, inclusos seruabant, donec eis pecunias aliquas extorsissent. Et Dominus quidem Papa ducebatur, & seruabatur in custodia. Honorabant verò eum nihilominus Episcopi, alijque timentes DEVM; donec ei rex multis minis & terroribus coronæ Imperialis benedictionem in ipsa captiuitate extorsit; & donec obtinuit in ipsis tentorijs priuilegium de retrahendis omnibus regalibus ad Imperium, quale voluit. Pro qua re vniuersi penè Franciæ Episcopi consilium inierant, quatenus excommunicarent ipsum Paschalem Papam, tanquam Ecclesiæ hostem & destructorem: nisi priuilegium idem ipse, qui dedit, damnasset, quod & fecit. Nam in generali Concilio presidens postea jam absolutus, ad stipulante ei multitudine Episcoporum cum Dominis Cardinalibus, idem priuilegium quod ei captiuitate fuerat extortum, damnauit, omnibus regibus, qui eodem priuilegio ad dehonestandam Ecclesiam, vel aporiendam vterentur aliquando, maledictionem pro benedictione firmissimè ac terribiliter inducens.

Et ann. M. CXVI. Ecclesia Domini Werenheri Antefen ad S. Martinum dedicata est à venerabili Vdalrico Patauensi Episcopo IV. Non. Martij Domino Beruino adhuc Præposituram Richerspergens. Ecclesiæ utiliter & honestè procurante. Nam per eum & sub eo res & possessiones atque facultates eisdem Ecclesiæ per Archiepiscopum Chuonradum benè augmentatæ jam erant; multaque religio ibi cœperat florere, plurimis nobilibus & honestis Clericis in seruitio DEI, illic manentibus, alijsque personis religiosis ibidem confluentibus. Non multò verò post, crescente persecutione, & rursus inualecente schismate, multis se à communionem Imperatoris propter sententiam excommunicationis subtrahentibus, nonnullisque Clericis eum non solito fauore ac laudibus excipientibus ingressum quasdam ciuitates regni sui; Chuonrado quoque Archiepiscopo jam de Ecclesia sua Salzburgensi pulso, multis rapinis & variis alternisque obsidionibus ipso Episcopatu ex magnâ parte deuastato; eodem Episcopo in Longobardia & in Saxonia exulante, tunc & ipse Dominus Beruinus, quia nec defenforem, nec, ad quem refugeret, habebat, super eum & super Ecclesiam suam crescente iniquorum persecutione & infestatione, clam

& om.

& omnibus ferè in seculis, recessit in Saxoniam, permittente Archiepiscopo, sicq; omnis decor Richerspergensis loci immutatus est, nullis, vel paucissimis habitatoribus illie remanentibus.

Item an. MCXXII. Chuonradus Archiepiscopus ad sedem suam iam reuersus, post septem ferè annos quibus exulauerat, (Pertholdo, schismatico iam eiecto & disturbato excommunicationis sententiâ, qui eum & antecessores suos sanctos viros, multis iniuriis affligerunt, auxilio amicorum suorum qui etiam ex eo tempore in aduersis semper decredebant, & vthodie quoq; perspicuum est, iudicio DEI non dimidiat dies suos, nec aliquis ferè de posteritate eorum) & ad Episcopatum suum, quem vti ipse in privilegio suo fatetur, pauperissimum & valde vastatum tunc inuenit: cepit in ipsa Episcopali sede Salzburgenfi Canonicam vitam instituire, quam & ipse professus erat, regularibus vel magis secularibus Clericis, qui vsque ad illud tempus in eadem sede fuerant ordinati, quique canonicam vitam profiteri apud se non deliberauerant alias, ab eodem Episcopo cum bono charitatis constitutus.

Priuelegia Chuonradi huius Archiepiscopi, Monasterio Richerspergen: liberaliter collata infra suo loco lectior reperiet.

Vide Chron. Salisburg. Tom. VI. antiq. lect. pag. 1257. Chronicon Richersperg. an. CC. num. 1147. reponit: cui ad stipulatur Eugenij PP. III. (qui an. 1145. sedem apostolicam conscendit) Priuelegium precib. huius Chuonradi Archiepiscopi inclinati prædicto Monasterio concessum anno 1146.

Vitam S. Eberhardi, de qua heic agitur, & post mortem miracula reperire est Tom. dd. V. Antiq. lectio. Canis. f. 1194. cum seqq. nec scitu indigna sunt, que in Chronico Richerspergen. de eodem passim commemorantur. Nec verò duo duntaxat Botorum Episcopi patres Alexandri fouerunt (sicut hic ex Auentino refert Hund. verum etiam alij. et in his Eberhardi successor, Chunradus II. Episcopus Pataviensis, de qua re consule Hundium, & Chron. Richersperg. an. MC L XIV. pag. 216.

Verum S. Eberhardi successorem Cunradum hunc Archiepiscopum sese demonstrasse, testatur Chronicon Richersperg. An. MC L XIV. his verbis.

Eodem quoque anno sanctæ memoriæ Eberhardus Salzburgenfis Archiepiscopus feliciter migravit ad Dominum apud Rouna. Cœnobium X. Kal. Iulij. Corpus eius ad Episcopalem sedem delatum cum luctu omnium honorabiliter tamen in monasterio III. Kal. eiusd. mensis est humatum. In cuius locum successit Dominus Chuonradus Pataviensis Episcopus ab omni clero & populo vnanimiter electus cum gaudio omnium, ea cautione, vt cum Alexandro staret, sicut prædecessor suus. Qui statim in mense Septembri ad Imperatorem fratrualem suum pro regalibus ab eo suscipiendis Papiam profectus est cum prosecutione literarum Episcoporum suffraganeorum.

Quò perueniens cum benigne ab Imperatore susceptus esset, post multa, qua ibi ab Imperatore in secreto & in publico dicta sunt, quæ & scripto comprehensa sunt à Præposito Richerspergenfi, qui cum Episcopo venerat illuc, qualiter scilicet eum imperator ad habendum Papam Paschalem prouocauerit, quem ipse tanquam Catholicum Catholici successorem modis omnibus commendabat, se quo effecturum in breui, vt omnes eum reciperent, minabatur: Sed electus Episcopus ad partem illam nullo modo flecti poterat. Tandem sine regalibus, cum gratia tamen & pace ab Imperatore dimissus est.

Nota contrarietatem apud Hund. qui f. 10. scribit Chunradum sepultum, ante Altare S. Andreæ: & f. 131. eundem in Monasterio Admonten. tumulatum commemorat.

Haud probe fidei hoc sese loco ostendit Auentin. à quo isthæc D. Hundius mutuatus fuit. Rem gestam, accuratim veriusq; persequitur Chron. Richerspergen. author synchronus, heic verbis.

Anno

Anno MCLXXVII. Post multas tribulationes, multaque grauaamina, quae peccatis exigentibus perpeffa est Ecclesia in illa nota dualitate per annos fere viginti duos, tandem repropitiato Domino; quia non in aeternum obliuiscetur misereri, facta est concordia inter Dominum Papam, & Dominum Imperatorem; medianribus quibusdam magnis regni Principibus. Tunc ex vtraque parte Domini videlicet Papae Synodus Episcoporum, & Imperatoris curia Principum collaudata & indicta est. Quae per aliquot tempus expectata tandem apud Venetiam congregata est IX. Kal. August. praesentibus Domino Papa, & Domino Imperatore: qui & ibidem pacificati, & pax inter eos firmata est. Dominus quoque Adalbertus Salzburgenfis Archiepiscopus vocatus per literas Apostolicas, venit illuc. Sed Dominus Apostolicus nimium tunc primum credulus verbis aduersariorum eius, statim, ut curia Imperatoris haberi coepit, persuasit & iussit eum cedere loco: illeque reniti non poterat: quia non erat qui adiuuaret. Tunc missae sunt literae à Domino Papa, & à Domino Imperatore omnibus in Episcopatu Salzburgenfi constitutis, quarum textus ita se habebat.

Alexander Episcopus seruus seruorum DEI dilectis filijs Choro Salzburgenfis Ecclesiae, Praelatis Ecclesiarum, & ministerialibus praescriptae Ecclesiae extramontana constitutis salutem & Apostolicam benedictionem. Venerabilis frater noster Adalbertus, quondam Archiepiscopus vester, videns & confiderans necessitatem Ecclesiae vestrae, cum gratiam charissimi in Christo filij nostri Friderici illustris Romanorum Imperatoris recuperare non posset, maluit cedere, quam contendere, & Ecclesiam vestram, & administrationem ipsius in manu nostra liberè, & sine contradictione qualibet resignauit. Postmodum venerabiles fratres nostri, Gurcensis & Pataviensis Episcopi & Praelati Ecclesiae vestrae, qui apud nos praesentes erant, de celebranda electione, mandato nostro recepto, in venerabilem fratrem nostrum Chunradum Moguntinum quondam Archiepiscopum, virum vtiq; literatum, prouidum, industrium, & discretum & charum admodum nobis & acceptum, & moribus & genere nobilem vnanimiter conuenerunt, ipsumque elegerunt in vestrum Archiepiscopum & magistrum. Nos autem quanto Ecclesiam vestram ampliori charitate diligimus, pro illius gratissima deuotionis seruore, quam huius turbationis tempore circa nos & Romanam Ecclesiam immobiliter conseruauit, tanto facilius eorum electioni nostrum fauorem praestitimus & assensum, ipsumque non subtraeto sibi honore vel dignitate, quam haecenus habuit, in Archiepiscopum vobis concessimus, & cum obtentu & consideratione ipsius eandem Ecclesiam feruentius animo volumus diligere, & propensiori studio eius intendere commodis & augmentis, & per industriam, nobilitatem ipsius & potentiam credimus, auctore Deo, praescriptae Ecclesiae grata commoda prouentura. Vnde, nolumus vos agrè ferre, vel habere vilo modo molestum, quod hi, qui apud nos erant, non expectato consilio vestro, fecerunt electionem, cum de voluntate & mandato nostro ad electionem processerint celebrandam. Inde est, quod nos & vos omnes ab obedientia, quam praedicto Adalberto, vel illi, qui supra impositus fuerat, promissistis, & eos, qui ex vobis alterutri eorum fidelitatem iurauerunt, à iuramento illo, auctoritate, qua licet immeriti praeminemus, penitus absoluentes vniuersitati vestrae per Apostolica scripta praecipiendo mandamus & mandando praecipimus, quatenus memorato Chunrado Archiepiscopo, omni contradictione & appellatione cessante, debitam obedientiam & reuerentiam impendatis, & eius salubribus monitis & mandatis humiliter & deuotè parere curetis. Ehti, qui ex vobis consueuerunt, & debent Archiepiscopo

scopo fidelitatem iurare, ei fidelitatem facere non postponant. Et quicumque Dominicalia Salzburgeris Episcopatus quolibet titulo à tempore bonæ memoriæ Eberhardi quondam Archiepiscopi vestri occupata detinent, memorato Chunrado vel nuncijs eius, omni occasione & excusatione cessante, sine difficultate restituant, & feuda, quæ de nouo sunt data, quicumque ea detineant, libera & absolute relinquunt. Si qui autem prædicta Dominicalia & feuda de nouo data, infra XV. dies post harum susceptionem literarum iuxta mandatum nostrum eidem Archiepiscopo non tradiderint, eos contradictione omni & appellatione postposita, sicut excommunicatos vitetis. Sane nos de consilio fratrum nostrorum, & Imperator ex sententia Principum suorum vniuersas alienationes Dominicalium & feudationes de nouo factas, omnino cassauimus, easque irritas esse decreuimus & inanes. Sententiam autem suspensionis, interdicti vel excommunicationis, quam prædictus Chunradus Archiepiscopus in contumaces canonicè tulerit, vel rebelles, ratam nos auctore DEO, & firmam habebimus, eamque faciemus non aliter obseruari, quam si à nobis ipsis lata fuisset, cum eundem Archiepiscopum ita feruenter & sincere diligamus in Domino, ut sibi sicut charissimo fratri nostro in omnibus, quæ cum DEO possumus & iustitia, prompto animo deferre velimus. Datum Venerijs in riuo alto V. Idus Augusti.

Fridericus DEI gratia Romanorum Imperator & semper Augustus dilectis suis omnibus Prælatibus ac ministerialibus Salzburgeris Ecclesiæ, & vniuerso Clero & populo ipsius Ecclesiæ, per Karinthiam & Marchiam constitutis gratiam suam & omne bonum. Cum DEO pacis auctori & amatori placuit, Romanum Imperium in vnam vocare concordiam cum Romana Ecclesiâ, & pacis iocunditate post diutinos labores vniuersam respirare Ecclesiam, subijt animum, pro Salzburgeris Ecclesiæ statu sollicitos esse, & eius restorationi diligenter intendere. Et quoniam per duos sibi inuicem oppositos Ecclesiâ grauer distrahata fuerat, nec aliqua spes supererat, ut manus quæ distraherent, in integrum possent distrahata restituere, tam Domino Papæ, quam fratribus eius Dominis Cardinalibus, nobis quoque & maioribus Imperij Principibus visum fuit vtile, vtrosque remoueri; & alium, per quem facilius reformari posset Ecclesiâ, substitui. Post multam igitur deliberationem in gratia & beneplacito Domni Papæ, ac nostro, vterque super hoc verbo se posuit, suoque iuri quod in Salzburgeris Ecclesiâ quisque videbatur habere, in manus Domini Papæ ac nostras penitus abrenunciavit. Vacante sic Ecclesiâ, Prælatos Salzburgeris & alios quicumque ipsis aderant, de faciendâ in alium electione diligenter conuenimus. Sed, licet nobis magna supplicarent instantia, ut ad vestram vsque omnium præsentiam differretur electio, tamen Domni Papæ mandato ac nostro, & omnium Principum consilio, quoniam sæpe nocet differre paratis, ad electionem accesserunt, & de gremio Ecclesiæ Romanæ, Domnum videlicet Chunradum consanguineum nostrum Palatinum, in Ecclesiâ vestra enutritum, in Pastorem & Episcopum animarum suarum concorditer & vniuersi voto elegerunt. Quam vtiq; electionem Dominus Papa totaque curia ratam habuit & confirmauit, nosque de regalibus ipsum inuestiuimus cum eâ integritate, qua Archiepiscopus Eberhardus decedens illa tenuisse dinoscitur. Nam generali principum sententia iudicatum est, quidquid vel per nos dum eiusdem Ecclesiæ bona in nostra teneremus potestate, vel per quoslibet alios infeudatum, vel quocumque modo sub hoc tempore est alienatum, inane prorsus esse debere & irritum. Quamuis ergo maiestas nostra, sæpenumero à vobis grauer læsa sit, & acriter vltra, quam vellemus, prouocata, ta-

men diuini timoris intuitu, ac beati Ruodberti reuerentia, & ex consueta Imperialis mansuetudinis clementia, tam vos quàm Salzburgensem Ecclesiam serena pietate proponimus respicere, & in antiquum statum nostræ auctoritatis munimine reuocare. Vniuersitatem igitur vestram diligenter commonitam esse cupimus, vt, quod tam à Domino Papa, quàm à nobis ad honorem & restaurationem Ecclesiæ Salzburgensis in spiritualibus & in temporalibus modo factum est, debita reuerentia & alacritate recipiatis, ac ratum teneatis; & Domino Chunrado Archiepiscopo vestro, dilecto consanguineo nostro, ea fide & deuotione & obedire & seruire studeatis, vt nostræ benignitatis affectum merito super hoc experiri debeatis. Si quis verò, quod non credimus, his, quæ magna consilij maturitate ad vtilitatem & reformationem Salzburgensis Ecclesiæ nunc ordinata sunt, contra ire præsumpserit, & à Domino Papa excommunicationis sententiam recipiet, & nostræ maiestatis indignationem procul dubio sentiet. Datum Venetiæ.

Anno M. C. LXXVIII. Synodus valdè celebris habita est in Kal. Februarij à Domino Chunrado Salzburgensi Archiepiscopo & Apostolicæ sedis legato, & ab omnibus suffraganeis eius Episcopis, multisque Principibus, de rebus Ecclesiasticis. Habita est autem in Episcopatu Salzburgensi, in loco qui Hohenavv dicitur.

eg. Nequaquam fuisse intrusum Archiepiscopum Salisburgen. hunc Chunradum, Comitem de Wittelsbach, Ottonis M. Boiorum Ducis fratrem germanum, supra recitatae literatam PP. Alexandri II quàm Imp. Friderici I. euincunt.

Cathedralem sedem Salisburgen. Conradus an. MCLXXX. adhuc obtinens, Moguntinam recuperavit; tuncq. Adalberto Salisburgen. Ecclesia denuo restituta est, sicut docet Chron.: Richerspergen. p. 257. his verbis.

Anno MCLXXXIII. Dominus Otto Palatinus Comes, qui ducatum Bauariæ tenebat, obiit. Eodem quoque anno mortuus est Moguntinus Archiepiscopus Christan dictus, & Dominus Chuonradus Apostolicæ sedis legatus in sedem suam pro eo restitutus est. Archiepiscopus etiam Dominus Adalbertus ex præcepto Imperatoris, & vnanimi omnium Salzburgensium electione Cathedram suam recepit, & in XIII. Kal. Decembris rursus Ecclesiæ suæ cum fauore omnium reinthronizatus est. Dominus Richerus resignauit Praposituram Richerspergen. Ecclesiæ Episcopo Dietpoldo Patauiensi VIII. idus Decemb. rursusque Dominus Philippus vnanimiter electus est à congregatione XVII. Kal. Ian. *Annales quoque Steron. an. 1183. Chunradum Moguntinum, & Albertum Salzburgensem Episcopos restitutos expresse docent. Iidem annales An. MCXCVIII. de Alberto Salisburg. ita referunt: Albertus Archiepiscopus Salzburgensis, circa fluuium qui dicitur Lamer, à ministerialibus capitur, & in castro Wuren (leg. Wersen) per dies XIV. captus tenetur, propter quàm enormitatem facti, diuina in Salzburgensi Ecclesia, alijsque Episcopatibus vicinis interdicta sunt. Liberaasti nos ex affligentibus, cantatum est ei dimisso.*

De Conrado Archiepiscopo Moguntinen. & Salisburgen. vide P. Nicol. Serar. Moguntinar. rer. lib. V pag. 321. & pag. 326. & notand. error qui (pag. 322.) ex M. S. minori irrepit, qui pro Salzburgensi, Sabinensem vult accipiendum: sed historia veritas aliud persuadet; fuitq. Conradus noster extra omnem controuersiam Cardinalis Sabinen. nec non Archiepiscopus Moguntinen. & Salisburgen.

Privilegium Philippi II. Rom. Regis Adalberto Archiepiscopo Salis-
burg. Anno MCXCIX. concessum.

hh.

IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Philippus diuina fauente clemencia Romanorum Rex, & semper Augustus. Si rationabiles ecclesiasticorum petitiones Prælatorum ad ecclesiarum suarum tendentes proficuum, clementer admittamus, speramus nobis apud Regem Regum, ad æternæ vitæ meritum & temporalis imperij prosperiorem decursum proficere, & eos quos benigna exauditione honoramus, de cætero nobis deuotiores ac magis beniuolos fore. Nouerit igitur omnis Christi & Imperij nostri fidelium præsentatus & futura, qualiter dilectus consanguineus noster Adelbertus Iuuuensis: idem Salzburgensis: Ecclesiæ Ven: Archiepiscopus honori & vsui Ecclesiæ sibi creditæ stabilitatis & incrementi profectum addere intendens nostram adiunctitudinem, & proferens diuorum Augustorum nostrorum prædecessorum Regum scilicet, ac Imperatorum vetera & recentiora priuilegia, secundum diuersa regnantium tempora Ecclesiæ Salzburgen: ab eis collata, postulauit instanter, vt eadem priuilegia nostri munere præcepti renouaremus, iura quoque & possessiones quibus eisdem fauentibus præfata Ecclesia munita videbatur & aucta, ei per nostram auctoritatem concederemus atque confirmarem. Hunc itaque vt clarum principem Imperij religionisque & prudentiæ dono venerabilem, & nobis naturalis affectu dilectionis familiarem in suis tam congruis & honestis petitionibus honorare cupientes, nostræque salutis & parentum nostrorum consulentes, perspectis diligenter & intellectis præfatis antecessorum nostrorum priuilegijs, traditiones, indulta, præcepta, quæ illis sunt scriptis reperta, sicutibi continebantur, ita nos ea præfenti nostræ Maestatis priuilegio inferi iussimus, ac ea secundum benignitatem & instituta prædecessorum nostrorum prænominato Archiepiscopo, eiusque in perpetuum successoribus, & Ecclesiæ Salzburgensi tradimus, concedimus & nostræ auctoritatis robore confirmamus, inter quæ principaliter constituimus, quod ex præcepto Ludouici Imperatoris agnouimus, cuius præcepti exemplum ipse quoque à sui genitoris sacratissimæ memoriæ Domini Caroli præcepto traxerat, vt scilicet Ecclesiam Salzburgens: ipsam sedem quæ est in honore sancti Petri Apostolorum Principis, in qua etiam sanctus Rubertus corpore requiescit, cum cellulis, Ecclesijs, personis Ecclesiasticis & cæteris hominibus & rebus ac possessionibus ad ipsam pertinentibus, sub nostra tuicione constitutam speciali patrocinio propensius defendere debeamus. Quod constanter obseruare intendentes & successoribus nostris in Imperio Romano pro lege imponentes eandem immunitatis gratiam, qua illi inclyti Imperatores sedem illam honorare & sublimare dignati sunt, eidem sedi & Ecclesiæ nostri vigore edicti in perpetuum confirmamus, statuentes vt videlicet ea, quæ prætaxata Ecclesia hætenus recto titulo possedit & tenuit, & ea quæ nostris diebus possidet ac tenet, & quæ in futurum Deo annuente rationabiliter acquirere, in quibuslibet pagis vel territorijs infra ditionem Imperij nostri constitutis, per hanc confirmationem nostram, absque alicuius contrarietate de cætero possideat ac teneat, ita libere ac cum iurisdictione, quod nullus iudex publicus, nec quisquam iudiciaria fungens potestate ad causas audiendas, vel ad freda, aut tributa, aut telonea (quæ à vulgo dicuntur muta) exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ tam ingenuos

*Ludouicus
Imperator*

quam seruos, super terram ipsius commanentes iniuste distringendos nec ad vllas redibitiones aut illicitas occasiones requirendas, nostris aut futuris temporibus prædictæ Ecclesiæ possessiones ingredi audeat. Sed hæc iura & cætera similia emolumenta, quæ fiscus regalis inde sperare poterit, aut exigere, in vsum & facultatem Archiepiscopi, qui cunque prædictæ sedi præfuerit, in integrum cedant, vt ipse eo quietius res Ecclesiæ suæ valeat dispensare, & nostro imperio fideliter parere & quod pro nostra incolumitate & bono Imperij statu delectet eum impensus orare, & orationes in commisso sibi Clero constituere. Item secundum exemplar præcepti, quo Diuus Augustus OTTO prædictam Salzbürgen: Ecclesiam, muniuit ac ditauit, nos donationes eidem Ecclesiæ factas, & quoslibet contractus, quibus aliquid possidere cœpit, legitime per nostræ auctoritatis clementiam renouamus & confirmamus, inter quæ possessiones in ipsius Regis OTTONIS priuilegio proprijs expressis vocabulis, nos quoque ipsum in hoc sequentes, huic fecimus paginæ annotari.

Hæc omnia in literis Arnulphi Imp. similitur conseruentur.

Primitus castellum sanctæ Erndrudis cum omnibus eidem castello iuste & legaliter attinentibus cum curtibus, venationibus, piscationibus, id est ab Ecclesia sancti Martini, quæ respicit contra monticulum, qui vulgo Nochstain nuncupatur, sursum ex vtraque parte fluminis Luaris, vsque in riuulum Quartinesbach. Insuper etiam deriuulo, venatione, piscatione, ex vtraque parte præuocati fluminis ad sanctum Maximilianum, vsque dum Tunta ex aquilonari parte perfluit in prædictum flumen, atque riuulus Gastuna ex Australi parte. Item Forestum à termino qui in Pisoncia incipit, hoc est de riuulo Erilipach, vsque ad montem Wassenburg propè Iscalam in illo loco, vbi terminus Foresti Rapotonis quondam comitis ab isto se disjungit, & in aquilonari parte deriuo Tinnilmbach vsque in summitatem montis Cirenencus nominati, & iam dicto monte Wassenburch vsque ad præfatum monticulum Nochstain illa montana omnia, quæ in potestate antecessorum nostrorum fuerunt. Item Kiemse Præposituram Regularium cum omnibus iuste ei attinentibus. Curtem quoque Bischoffesdorff cum omnibus iuste ad eandem Curtem pertinentibus atque piscationem in lacu Atersee, sine omni contradictione illos quondam Imperio pertinentes XII. priuatos tractus sagerarum sicut Dominicalis terra in Paumgartem ipsi lacui se adiungit sine alia communi piscatione Atersee ad Atterhof pertinente, in illis quoque curtibus quæ olim in feudo siue ex parte Imperatoris, siue aliunde beneficiaræ fuissent proprietatem, quarum hæc nomina sunt. Staforeuelt, curtem & Ecclesiam cum decima, & sicut terminus ille in Australi parte incipit, qui Wachrein dicitur vsque Ibisam, & in Occidentali vsque dum dicitur vbi Vrnla se dimittit in præfatum amnem, & quidquid in Orientali parte iam dicti fluminis regalibus attinere videbatur.

al. Ciuitatum.

Insuper ad Magelike tertiam partem ciuitatis, & sicut ille terminus se disjungit de illis rebus in occidentali parte quas quondam ad sanctum Emmerammum antecessores nostri dederunt, exceptis tribus huobis: Præterea Arnesdorff idem in Wochavva, quidquid illis imperium habebat in vineas & saginatione & monte querceato, pratilque inter ipsum Querceatum montem sicis & inter filuam paltam, & ipsam filuam cum omnibus ad eam pertinentibus. Adhæc apud Grunzuitam quidquid superfuit quinque hubis, quod fideli suo cuidam Dietero Antecessores nostri dederunt, hæc sunt hubæ L. Insuper Lubinam & ad Holamburg tertiam partem ciuitatum cum vineis XXX. & hubis XV. sine curtili terra. Item Treysniam ciuitatem & Ecclesiam sancti Martini, cum decima, & sursum in australi atque orientali parte fluminis Treysine vsque ad Potilnesprunnen, & sicut Dieterichspach fluit contra duos acervos exteriores

res qui in orientali parte campi sunt positi, & exinde vsque ad Danubium in illum locum, qui Tribolcz dicitur & ita sursum prope Danubium cum agris cultis & incultis, pratis, cuius, locis piscationum, quæ Teutonice Arichette vocantur, & ita sursum vsque ad illam marcham, quæ inter Treyfinam & Holumburg vtraque res discernendo diuidit ad Bennenvvanch quidquid prædecessores nostri Reges habuerunt illic ad Ecclesiam Ansonis quidquid illic habuerat ad Witenesberch, quidquid illic habuerunt excepto quod cuidam Mosogoboni datum est, hoc est hubæ centum, Ellodis Ecclesiam, Ecclesiam Mutigonis presbyteri ad Gumpoldesdorf quidquid ibi reges habuerunt. Præterea Rapam Sabariam ciuitatem, & Ecclesiam cum decima & theloneis, vineis, agris, pratis, pascuis, forestis, montibus cunctis ad eandem ciuitatem legaliter pertinentibus. Insuper siccam Sabariam & Pennichahâ & Mosaburch Abbatiam, vbi sanctus Adrianus requiescit, nonam quoque de omnibus curtibus regalibus inibi cum theloneo in ciuitate & piscina ad Salabingam curtem, cum trecentis mansis & totidem mansis & quidquid illic Reges attulerat Ecclesiam de Quartinacha, Ecclesiam ad Ghensem, Ecclesiam ad Therenberch, Ecclesiam Gundoldi, locum quem vocant quinque Ecclesias cum Theloneis, forestis, & cum proprietate omni, quæ ab antecessoribus nostris ibidem ante beneficiata erant. Ad Ruginesfeld quidquid ibi regalibus pertinuit. Ad Turnavva Ecclesiam quæ est constructa in honore sancti Rodberti cum monte Barvvoz dicto cum vineis, pratis, siluis, & cum omnibus quæ ibi sunt circa montem sita. Ad Pettavva Ecclesiam cum decima, & totam ciuitatem cum Bannis, Theloneis, & ponte, & omnibus ad illum locum pertinentibus. In Cistenesfeld sicut duo acerui prope Trauum positi sunt ex summitate superioris & exterioris termini qui Wachrein dicitur, & sicut ille Wachrein tendit vsque dum Treuina fluit in amnem Trauum. Ad Sulpam ciuitatem & Luip omnia quæ iuste & legaliter eo pertinent. In quereis campis, sicut illa fossa incipit à Mura, & tendit vsque ad Louizkuick, & vt Louczvuita & Sulpa de alpibus fluunt & Forestum Sufel cum Banno, sicut in potestate Antecessorum nostrorum hæc fuerunt. Venationem quoque in Suezzenal, quam populus cum sacramentis in potestatem antecessorum nostrorum firmavit, ad venandos apros illic & vrsos per tres ebdomadas ante æquinoctium autumnale, & postea vsque ad festum sancti Martini. Ad Luimingga iuxta Rapam quidquid illic prædecessores nostri habuerunt. Item Nezzilinpach & ad Sabinzam Ecclesiam & curtem cum mansis L. Item Rapam ad Iudlerben ad Labanda Ecclesiam sancti Andreae cum decima, vt ibi consuetudo est, & de curtibus quas antecessores nostri ibi habuerunt decimas, vt in canonibus habetur, nec non sanguinationem in omni Labandæ valle excepto monte Forst nominato. Ligna quoque secanda ad Ecclesiam, & ad aliud seruicium Episcopi, tam in ipso monte, quam in alijs montibus omnibus, & vnam fossam lapidum in monte Gamanar semper per totum annum habendam. Item ad Garczczam beneficium Engilbaldi ad Karantanam Ecclesiam sanctæ Mariæ cum decima sicut Ecclesiasticus ordo præcipit de omnibus curtibus quæ ad Carantanam ciuitatem pertinent in idem Trahof, Garumdorf, Guriennz. Ad Strelcz operarios seruos duos in monte cum hubis eorum. Ligna secanda in ipso monte sine contradictione omnium hominum cum sanguinatione. Item Trebenam, Ostervix, Grabenhuel, Vitringa, Friesach, Gurca, Grazluppa, Longavv, Sublick, Teufenbach, Karsche, Peliza, Gumbenza, Vndrima, Luita, Liczinga, Brugga, Murza Luitena. Ad Strazmulam duo loca.

PRÆTAXATAS itaque possessiones, quemadmodum in priuilegio regis Ottonis Augusti signatæ reperiuntur, & ea lege ac ratione Salzburgenfis Ecclesiæ confirmatæ, vt nullus Imperij Romani successor, nec Dux, nec Comes, nec vlla alia potestas aut persona de prædictis rebus audeat quicquam subtrahere, sed jure perpetuo ad sanctum Petrum sanctumque Rudbertum stabiliter absq; omni contradictione permaneant, ita nos quoque nostri auctoritate præcepti confirmamus, considerata tamen temporum & euentuum varietate, vt sua cuique iustitia salua. permaneant; quod ideo adiungendum decreuimus, vt si quis hoc forte nostro moderno tempore aliquid vsquam de præfatis bonis contra iustitiam Salzburg. Ecclesiæ præscriptam videatur tenere, is eidem Archiepiscopo & Ecclesiæ Salisburgæ. recognoscat & restituat, aut ea se legitimo tractu aut iusto possidisse titulo rationabiliter ostendat. Præterea ex priuilegio Ludouici regis Augusti patenter intelleximus, quod idem Ludouicus Augustus præfata Salzburgen: Ecclesiæ, amore Dei, & beati Petri Apostoli & sancti Rudberti in pago Salzburgoe dicto curtem Salzburghouen, quam Pilgrinus Archiepiscopus antea in ministerio ab eo tenere visus est, in proprietatem, & plenam potestatem contradidit integraliter cum curtilibus omnibus, ædificijs, campis, pratis, agris, pascuis, siluis, lacubus, aquis, aquarum decursibus, venationibus, molendinis, piscationibus, vijs, inuijs, exitibus & redditibus, quæsitis & inquirendis, terris cultis & incultis, mobilibus & immobilibus, mancipijs quoque pluribus vtriusque sexus, parscalcis, cum omnibus censibus in salina & extra salinam inter fluuios Sala & Salczaha, vocatos in auro & sale, ac pecoribus cum Theloneis duobus, qui vulgo muta vocantur cum omnibus adiacencijs & rebus ad eandem terram pertinentibus.

Ludouicus
Rex.

Hanc igitur traditionem & donationem, quam & post ipsum Ludouicum Augustus Otto Imperator suo priuilegio super hoc dato confirmauit: nos quoque præsentis nostræ auctoritatis scripto confirmamus Salzburgenfi Archiepiscopo & suæ Ecclesiæ, statuentes & firmissime præcipientes, vt prædicta, cum omnibus pertinentijs eiusdem curtis & quæcunque vtilitas in huiusmodi catenis seu fodinis salis vel metallorum in quibuslibet fundis Ecclesiæ & fluminibus fluentibus per fundos Ecclesiæ meantibus, perpetuis temporibus à Salzburgenfi deinceps Ecclesia & eius Archiepiscopo absque omni obstaculo inconnulso vestitu quiete possideatur.

Henricus
Rex-
Gebehardus

Gurca
Episcopus

Dignum præterea duximus præsentis inserere priuilegio, qualiter ex scripto domini ALEXANDRI Papæ huius nominis secundi, in super ex priuilegio HEINRICI Regis venit nobis in cognitionem quod GEBEARDVS IYVA-
VEN: idem Salzburgen: Archiepiscopus de commissarum sibi animarum provisione sollicitus, eo quod Episcopatum suum in montanis situm præ nimia parochiæ amplitudine, & viarum difficultate, per se solum regere non sufficeret, ab vtraque dignitate, Apostolica scilicet & regia impetrauit, quod liceret ei infra parochiam suam, adiutorem sui operis Episcopum & sedem Episcopalem constituere. Placuit igitur eidem Archiepiscopo GEBERARDO vt indulto Apostolico & regio vtens, in loco qui dicitur Gurca apud Ecclesiam sanctæ MARIÆ Kathedram Episcopalem faceret, & concessum est ei per vtriusque potestatis Ecclesiasticæ scilicet ac sæcularis clementiam, vt eidem nouæ sedi, potestatem parochiæ suæ & de prædijs ac decimis, quantum conueniens videretur attribueret, & ad eandem sedem Episcopum ex sua consideratione ordinaret, ea videlicet ratione vt Episcopatus ille Salzburgenfi Ecclesiæ, & eius Archiepiscopo nunquam subtrahatur, & nullus ibi vnquam Episcopus siue per inuestituram, siue alio quocunque pacto constituatur, nisi quem Archiepiscopus Salzburgen:

burgen: quicumque pro tempore illic fuerit, eligat, inuestiat & consecret, quod quomodo sacra prædicti Papæ Alexandri & Regis Heinrici auctoritate firmatum dinoscitur: Nos id ipsum, est* præmissæ conditionis integritate, nostra quoque Imperiali auctoritate confirmamus, ac ita ratum ac inconuulsum omni deinceps æuo permanere iubemus, vt contra hunc honorem & commoditatem Salzburg. Archiepiscopi nulli vnquam Ecclesiæ, aut personæ liceat serigere, aut scriptum aliquid huic rei aduersum impetrare vel proferre.

Hæc igitur vniuersa & in præsentī pagina conscripta Salzburg. Ecclesiæ & eius Archiepiscopo perpetua stabilitate, per nostram auctoritatem inuiolabiliter confirmamus, statuentes, vt si quis, quod absit huius nostri præcepti violator apparuerit, & Ecclesiam Salzburg: vilo supra positorum inuiolenter grauare attemptauerit, Banno Imperiali subiaceat, & pro pœna centum libras auri optimi, medietatem fisco nostro, medietatem Salzburg: Archiepiscopo perfoluat, præsumptionis tamen ausu in irritum cessuro. Vt autem omnia supra dicta memoriter sciantur, & inconuulsa de cetero firmitate obseruentur, priuilegij paginam fecimus conscribi, & appensa maiestatis nostræ Bulla roborari. Huius rei testes sunt, Treueren: Archiepiscopus; Augustens: Episcopus; Constantiens: Episcopus, Argentiniens: Episcopus; Hermannus Landgravius Turingiæ, Rudolfus Palatinus de Tuvvingen, Sifridus Comes de Orlamunde, Fridericus Comes de Zolre, Vlricus comes de Berge, Emicho Comes de Liningen: Godefridus de Eppenstein, Calochus de Kirchberg, Hartdus de Merenberch, Heinricus Marscalcus de Chalandin, Vlricus Marscalcus de RECHBERG, CHVNO de MINZENBERCH, Warnherus de Bolanden, Tiedo de Rauenspurch, & alij quam plures.

Signum Domini Romanorum
Regis inuictissimi

PHILIPPI SECVNDI

EGO CHVNRADVS HILDENSHAIMEN: Episcopus Erbpolensis Electus Imperialis aulæ Cancellarius vice Domini Chunradi Maguntini Archiepiscopi totius Germaniæ Archicancellarij recognoui. Acta sunt hæc Anno Dominicæ incarnationis M. C. XCIX, indictione II. Regnante gloriosissimo Romanorum Rege Philippo II. Regnie eius anno II. Datum Magunciæ III. Kalend. Octobris.

De S. Chunegunde vid. P. Gretser. in Diuis Bamberg. pag. 107. cum seqq. & P. Rader. Tom. 1. SS. Bauar. pag. 109.

Vid. infr. in Monaster. Chiembsee.

Annales Steron. annum MCCXXVIII. reponunt.

P. Rader. Tom. 1. SS. Bauar. pag. 74. b.

Chronic. Salisburgen. (Tom. VI. Antiq. lect.) pag. 1263. Anno MCCXLVII. Papa ignorans electionē in Salzburgenſi Ecclesia esse factam, quendam Burchardum de Zigenhagen. nescientib. Canonicis & ministerialibus Archiepiscopatui præfecit & consecrauit, qui post modicum tempus non adepta potestate, vel inthronizatione diem clausit extremum. Vnde Papa ad petitionem & instantiam tam Parentum & amicorum D. Philippi, quàm Capituli & ministerialium, electionem à D. Philippo factam confirmauit.

Chronic. Salisb. pag. 1269. pro Ratisponensi, habet Pataviens. & sic legit.

G 4

Anno

ii.

kk.

ll.

mm.

nn.

oo.

Anno M. CCLXVII. ordinationes Clericorum celebratae sunt in choro Salzbουργensi à Domino Pataviensi Episcopo cooperantibus sibi Frisingensi, Ratisbonensi, Chyemensi Episcopis in Sabbato Pentecostes, vbi Dominus Archiepiscopus recepit ordinem sacerdotalem, & die sequenti ab eisdem Episcopis recepit consecrationem Episcopalem, breui vero facto interuallo à Domino Clemente Papa pallio honoratur.

pp. *Ottokarum Bœmia Regem Rudolpho I. Rom. Reg. semper aduersatum fuisse nemo est qui nesciat. De Henrico vero Bauariae Duce, contra Auentinum, ex quo auctor Metropolis hec narrat, ipse Caesar Rudolphus credere & tenere persuadet literis publicis An. M. DCCLXXV. quas, quamuis alibi à nobis recitatas, heic tamen repetere multas ob causas volumus.*

RVDOLPHVS Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, vniuersis presentia inspecturis, in perpetuum declaramus, quod presidentibus nobis Curie apud Augustam Idibus Maij solemniter celebratae, & constitutis ibidem in presentia nostra Illust. Principum Ottokari Regis Bohemie nuncijs, & Henrici Ducis Bauariae procuratoribus, subortaque inter eos questione super quasi possessione iuris eligendi Romanum Regem, per Procuratores predicti Ducis H. & Illust. Ludouicum Comitem Palatinum Rheni Ducem Bauariae, filium nostrum charissimum fuit propositum, ratione Ducatus Bauariae, hoc eis competere ex antiquo. Idemque noster filius L. coram nobis, cunctisque Principibus, Prælatibus, Baronibus, Militibus, & vniuerso populo, qui eidem Curie affidebant, extitit publice protestatus quod predictus Dux H. frater ipsius olim electioni. Inclyti Richardi Romanorum Regis nostri predecessoris, vna cum ipso presentialiter cum ceteris Principibus Coelectoribus interfuit, & in eum vterque direxit legaliter votum suum, eundem in Romanum Regem, vna cum alijs comprincipibus ius in hoc habentibus eligendo. Deinde verò electionis tempore apud Franckenfurt de nobis ab omnibus Principibus ius in electione habentibus concorditer celebratae, per Nuncios & Procuratores eiusdem Ducis Henrici videlicet Henricum Prepositum Oetingen. & Fridericum Rectorem Ecclesiae de Lantshud, ipsius absentiam propter impedimenta legitima legitime excusantes, presente venerabili Berchtoldo Babenberg. Episcopo procuratore predicti Regis Bohemie, & contradicente quidem ipsis Procuratoribus, sed ipsius contradictione à Principibus Electoribus omnibus, tam Ecclesiasticis quam secularibus non admittà, in dictum L. Comitem Palatinum Rheni nostrum filium, vna cum alijs Principibus omnibus, qui in nos direxerant sua vota, prout iam dicti Procuratores in mandatis receperant, concorditer extitit compromissum, qui commissum huiusmodi in se recipiens, suo, & dicti H. Ducis fratris sui, ac omnium aliorum Principum ius in electione habentium auctoritate & nomine, in Romanum Regem solemniter nos elegit, vocibus eorundem fratrum Ducum Bauariae Comitum palatini Rheni ratione Ducatus pro vna in septem Principum ius in electione Regis Romani habentium numero computatis, prout etiam in predicta Curia Augusten. viue nostre vocis eloquio, vtrique ipsorum in presentia nunciorum prefati Regis Bohemie, videlicet venerabili Wernhardo Seckouien. Episcopo, Magistro Henrico Preposito Werd. N. Commendatore Domus Theutonice per Austriam, & Wolfingo Magistro Hospitali S. Iohannis de Murperge, ac omnium ibidem presentium Principum, Prelatorum, ac Baronum recognouimus, & recognoscimus manifestè, in huius rei testimonium, & perennem memoriam predictorum, presentes eis literas donauimus, nostro Regali sigillo, nec non subscriptorum testium sigillis munitas. Qui sunt Hartmannus August. Episcopus. Hiltprandus Eisteten. Henri-

Henri-

Henricus Tridentinus Episcopus. N. de sancto Gallo. de Augea Abbates. Rudolphus Cancellarius noster. Ex Laicis verò filius noster Ludouicus Comes palatinus Rheni Dux Bauaric. Philippus Dux Karinthie. Meinhardus Comes Tyrolen. Fridericus Burgrauus de Nürnberg. Henricus Marchio de Burgaue. Vlricus de Helfenstain. Ludouicus de Oetingen. Albertus & Burchardus de Hohenberg. Henricus de Fürstenberg. Tybaldus de Firreto & Ludouicus de Honberg, Comites, Henricus & Berchtoldus de Niffen, Albertus de Pruck perch. Hermannus de Hāginberch, Volckmarus de Chempaten & Marquartus filius suus, Winhardus de Rorbach, Henricus de Prisingen, & alij quam plures. Actum & Datum Anguste, Anno Dominice incarnationis Millesimo, Ducentesimo, Septuagesimo quinto, Regni verò nostri Anno secundo.

Clarius hæc enarrat Chron. Salisburg Tom. VI. Antiq. lect. pag. 1273.

qq.

Dominus Rudolphus diem indicit ad colloquendum cum Domino Henrico Duce Bauariæ, vbi recitata fuerunt litteræ continententes omnes tractatus inter Dominum Fridericum piæ memoriæ Salzbürgensem Episcopum, & Dominum Henricum Ducem Bauariæ habitos, & iuramentis, sigillisque eorum firmatos. Vbi de treugis inter eos firmatis vsque ad octauam Michaëlis nondum elapso termino: Ciuitas Müldorf nescitur vtrum machinatione vel fortuito, exurit, quam statim Dux Henricus cingit obsidione, & quia Dominus Rudolphus Archiepiscopus nullos sinistros euentus timuit, cum Dux in defensionem eum & Ecclesiam recepisset, in Marchiam iter arripuit, scilicet in Gretz, intellectus huiusmodi euentibus reuertitur cum armatis, & facto insultu in terram Ducis, largos districtus eius incendijs deuastrauit. Cui etiam Dux tanquam munus exercitu copiose se exponit, & ciuitatem Müldorf in deditiōem accepit. Tandem Dux Ludouicus partes ad colloquendum inuitat, tanquam medius, & pacem inter eos vsque ad purificationem sanctæ Mariæ reformat.

Sub Horologio) vbi loci nimirum mox ab obitu sepultus fuerat; sicut habetur supra p. 13. hæc verbis: Eodem hoc anno 1246. IV. Non Decembr. obiit hic Eberhardus, sepultus in summo Templo propè S. Virgilium, sub Horologio, qui antea Lauarorium in ambitu fieri curarat.

Fabulam suis Annalib. An. MCCC. nu. XXII. adnecit, fabulator ille Abrahamus Bzouius Polonus, contra omnem & historiam, & Chronologia veritatem scribens. Conradum Gibbosum, Stinauiensem Ducem, Præpositum Collegij Ecclesiæ Cathedralis Vratislauensem, cum ad Archiepiscopum Salzbürgensem euocatus fuisset, & in itinere apud Viennam accepisset, cereuisiæ usum ibi non esse, repudiata Archiepiscopa reuersum esse; homo stolidus, si nihil aliud eum mouit. Quasi verò ne frumentum quidem ibi nasceretur, nec posset illuc tantopere concupitæ cereuisiæ coquendæ artifices deducere, &c. Quis verò eiusmodi Bzouianas stoliditates non rideat?

ff.

Anno Domini MCD XLII. per transactionem inter Archiepiscopum Salisb. Fridericum & Bauariæ Ducem Henricum in festo D. Martini commutatio facta dataq. est portio aliqua Præfecturæ Tütmaning pro parte aliqua territorij Bauarici ad constituendum Limitem (Burgfridt) oppidi Müldorff

Rescribendus est annus 1525. quo isthæc contigerunt. Sed nec subsequente proximè anno Archiepiscopus & Ecclesiæ ac Prouincia Salzbürgen. extra summum periculum fuere, Testantur hoc publicæ Archiepiscopi litteræ; quas ex autographo descriptas, in cantelam generationis quæ ventura est, hic loci inferere volumus.

Wie.

Vir Mattheus von Gottes Gnaden / der heiligen Römischen Kirchen Car-
 dinal / Erzbischoff zu Salzburg / Legat des Stuls zu Rom / 2c. Thun
 kund menniglich / den diser vnser Brief fürkombt / in was Würden/
 Standts oder Wesens die seyn / Als des verschinen Jahrs im Monat Sep-
 tember ein vertrag vnd frid zwischen vns / vnser dazumal abgefallen Vn-
 derthonen durch den Hochgebornen Fürsten / vnsern besonder lieben Herrn vnd Freund/
 Herzog Ludwigen in Bayrn / 2c. auffgericht worden / den wir vnser theils gänzlich ge-
 halten / vns auch versehen / vnser Vnderthonen solten gleicher weise demselben gelebt
 haben / aber vnangesehen das in demselben Vertrag außgetruet ist / das die bemelten
 vnser Vnderthonen / vns gebürtlich gehorsam leyten / sie aller bündenus / Bruders-
 schafft / Empörung / Kottierens vnd dergleichen handlungen / darauf vnfrid vnd vn-
 gehorsam erwachsen möchten / gänzlich entschlagen / vnd hinfüran nicht mehr gebrau-
 chen solten / so haben doch etlich auß demselben vnseren Vnderthonen / beuorab in dem
 Gebürg bald nach dem vertrag in vil weeg / wie hernach vernommen würdet / demselben
 vertrag fast in allen Articlen zu wider gehandelt / darunder wir / samdt dem Aufschuß /
 vnd den Räten / die von vnser Landtschafft / in krafft des Vertrags / darzu verordnet
 gewesen / das am meisten beherziget / das durch etwo vil derselben vnser Vnderthanen des
 Gebürgs / vil verlossen / vnd auffrührig Personen / Rädelführer vnd Auffwügler / auch
 die bey der bösen that zu Slaumung gewesen / vnd andere frembde Knecht / den gangen
 vergangnen Winter enthalten vnd geliffert worden seyn / vnd das insonderheit dieselben
 vnser Vnderthanen / die Slauminger ober vnd wider / des Durchleuchtigen Fürsten /
 vnser besonder lieben Herrn vnd Freundes / Erzhersog Ferdinanden in Vesterreich
 ernstliche Mandat vnder suchung / vnd darzu ober vnsern befelch vnd offen Man-
 dat / derhalben mit Raht / des obberürten Aufschuß / vnd Räten in all vnser
 Städte / Märckt / Flecken vnd Gericht auff seiner lieb ersuchen / außgesandt /
 gwaltigklich auffenthalten / vnd sich derselben keins weegs haben entschlagen wöllen /
 welches kein anzeigen / das sie zu frid vnd ruhe genaigt weren / noch der vollziehung des
 vertrags / sonder ein offenbare vngehorsam gewesen / hernach durch allerley offen Mandat vnd etlich
 trefflich / vnser vnd des Aufschuß vnser Landtschafft Botschafften zu mehrmalen / gne-
 digklich Väterlich / ernstlich vnd getrewlich zu warnen / zuerinnern vnd zuersuchen / da-
 mit sie obgemelter erzeigung der vngehorsam abständen / frid / ruhe vnd einigkeit liebten /
 vnd was dem zuwider wär / vnd beuorab sich der frembden / vnruhigen Leut / bey denen
 nichts dann newe auffruhr zuerwarten / gänzlich entschließen / das aber bey ihnen gar
 kein ansehen hat haben wöllen / wiewol wir auch bald / vnd gleich nach dem obbestimten
 vertrag / vnd laut desselben in den vermeinten vnserer Vnderthanen beschwerungen
 durch vnser Räte / auch den Aufschuß der Landtschafft / vnd insonderheit durch vn-
 serer lieben Herren vnd Freunde / der Fürsten von Bayrn trefflichen Botschafften / Räte
 vnd Gesandten darzu wir auch obbemelten vnsern lieben Herrn vnd Freund / den Erzh-
 hersog vnser etlich Räte erbitten / die sein lieb zuschicken auch bewilligt / aber auß Ehe-
 schafften vrsachen / herzu kommen verhindert worden seyn / mit allem fleiß vnd ernst ha-
 ben handlen lassen / welcher gestalt sie aber dasselb befunden / das wir kein beschwärdte nie
 verursacht noch angefangen / des ziehen wir vns auff berürter Fürsten Gesandte / aber
 es hat in etlichen gemeinen beschwärdung / derselben zeit nichts fruchtbarlichs noch statt-
 lichs gehandelt werden mögen / außserhalb einer guter Landtsordnung / die auch in einer
 gemeinen Landtschafft mit auffzurichten gewesen ist. Auß solchen oberzehlten vnd an-
 dern vrsachen / haben wir im nechstuerschinen Winter / vmb Conuersionis Pauli alle-
 hie zu Salzburg ein gemeinen Landtag gehalten / darauff daß alle Ständ / von vnser vnd
 vnser Stuffs Landtschafft / namblich vnser Capittel / die von Prelaten / vnd die vom
 Adel in aignen Personen / vnd die von Städten vnd Märkten / dergleichen auch die von
 den

den Gerichten / durch ihr Befandte gehorsamlich erschienen seyn / haben wir dazumal im eingang vnd anfang des Landtags / gemeiner vnser versambelten Landtschafft in beywesen Römischer Keyserlicher Mayestat / vnser Allergnedigisten Herrn / auch Churfürsten / Fürsten vnd ander löblichen Stände des Bundes zu Schwaben / auch der obbermelten vnsern besonder lieben Herzen vnd Freunde / Erzhertzogen Ferdinanden zu Österreich / 2c. vnd der Fürsten von Bayern Botschafften / durch vnser ireffentlichen Räte an vnser statt / vnder andern fürtragen lassen / daß wir den vertrag vnd friden so hievor inn dem vergangen Herbst / obgemelter vnser lieber Herz vnd Freunde / Herzog Ludwig wie oben angezeigt / auffgericht vnd gemacht / bis auff dieselb zeit / vnser theils gehalten haben / vnd den hinfüran zuhalten auch willens seyn / daß sich auch des all vnser Vnderthanen zu vns also nichts anderst versehen / vnd wer ihnen anders einbilden wolt / demselben keinen glauben geben sollen / daß wir auch denselben Landtag allein darumben / vnd auß keiner andern vrsachen fürgenommen / damit daselbs von solcher handthabung des vertrags vnd beständigen frides / auch erhaltung ruhe / ainigkeit vnd gebürliche gehorsam stärklich gehandelt / dazu darneben / ein gute Landtsordnung auffgericht / vnd in der Vnderthanen beschwörungen / souil der noch nit erlediget / vnd auff demselben Landtag geschoben gewesen / gebürliche einsehung fürgenommen wurde. Dagegen hat sich gemein vnser Landtschafft von allen Ständen / nach gehorsam vnd danckfagung / dergleichen auch vernemen lassen / mit dem Anhang mit sambt vns all ander die solchen vertrag nicht halten wolten / auff vnsern vnd ihren kosten / helfen darzu halten vnd handthaben / vnd die vngehorsamen zu gehorsam zubringen / damit frid / ruhe / vnd gebürliche gehorsam in vnserm Stiffe erhalten wurden / sie haben auch fermer Wändelich vnd durch Briefflich vhrkunden vns entschuldigt / daß wir mit vnserer Regierung / vnsern Vnderthanen zu der auffruhr in dem vergangen Jar nit vrsach gegeben / vnd auch an derselben nit schuld haben / darzu auch / daß alles das vns in derselben auffruhr / durch vnser widerwertig vnehrlich zuzogen worden / vnwar sey / vnd vns darinnen vnrecht geschehe / mit vil andern vnderthenigen vnd gehorsamen erbietet vnderzeigen. Daneben ist auch in derselben vnserer Vnderthanen vermeint beschwerden / so wie obsteht / vorgehalten Landtag nit erledigt worden / gehandelt / vnd in etlichen gebürlich einsehung vnd wendung beschehen / vnd etlich derselben beschwerden / seyn auff eingemeine Landtsordnung die auff demselben Landtag / wo die verhinderung der vngehorsamen bey vnsern Vnderthanen nit fürgefallen / erledigt worden were / aber dannoch daß die fürzlich vnd auffschicht / auffgericht werden solt / angestellt / vnd derhalb bald darnach ein andern Landtag zuhalten fürgenommen worden. Vnd ist also das alles vnd vil anders / mit gemeiner vnser Landtschafft / in beyseyn auch mit wissen vnd raht obgemelter Botschafften / gehandelt vnd beschloffen worden / als auch in obgedachtem vertrag vnder andern außgedruckt / daß vnser der zeit widerwertig vnd abgefallen Vnderthanen vnd Landtschafft an dem außgeloffnen Kriegs kosten / den Ständen des Bundes zu Schwaben vierzehnen tausent gulden Römisch bezahlen / daß auch vñ den vberigen vnsern außgeloffnen Kriegs kosten / wie vnd dieselben vnsern Vnderthanen bey erkandnuß obgedachter vnsern lieben Herrn vnd Freunden Erzhertzogen Ferdinanden vnd beeder Fürsten von Bayern / auch gemelter Stände des Bundes vngetoagert bleiben solten. So haben wir doch / die vnd ander vnser forderungen / so vns vermelter vertrag außdrücklich zugibt / zuruck gesetzt / vnd den Landtag damit keins weegs verhinndern / noch deshalben an vnser Landtschafft gar nichts suchen / noch nichts dauon / sonder allein die obbestimten Artikel des beständigen frides / auch der gehorsam vnd einsehung der beschwerden durch ein gute Landtsordnung fürsehen vnd betrachten lassen wollen. Nichts weniger / hat vns gemeine vnser Landtschafft von allen Ständen / wie obsteht / zu mehrmaln auffhöchste ersucht / vnd gebetten / daß wir

solch

folch vnser forderung vor berürten Fürsten / vnd den Bundesständen fürzubringen vnderlassen / vnd sunst in gültliche handlung vnd vertrag derhalben vnß mit ihnen einlassen wolten / daß wir mit erzehlung etlicher trefflichen vrsachen mit allein vns / sonder vil mehr ihñ zu gutem gewaigert / aber zu lest / als sie vermeint / daß one das in den anderen genöthigē Artickel durch sienit bestendig gehandelt noch beschloffen werden möchte / haben wir auf das vilfältig ihr ansuchen / wiewol etwas wider vnser gutmaining vnd fürnemmen vnß derhalben mit ihnen / neben den anderen vorbemelten Hauptartickeln in handlung begeben dergestalt / daß sie auß gutem willen / benantlich ein Summa gelts zu etlichen fristen vnd zihen / darunder sich das erste zihl erst auff Liechtmessen negst künsttig anfaht / vnd doch mit vns zu vnseren handen / sonder zu erledigung der verpfändten vnd verkuñerten vnser / vnd vnserß Stiffes Flecken / Gült / vnd Güter bewilliget haben zubezahlen / aber vmb dz alles haben wir von der zeit derselben ihrer bewilligung biß auff heutigen Tag nie kein anhaltung bey niemands auß vnser Landtschafft hohes oder nidere standts nie gethon. Noch von des wegen nichts gehandelt / oder zushanden bruohlen. Abermals in Betrachtung das vnß vñnd vnser Landtschafft / ammeinsten vnd am höchsten an dem beständigen Friederhaltung gebürlicher Gehorsam vnd guter erbar Landts Ordnung darinnen kein vnderthan beschwert / gelegen wer. So haben wir auch seyther des obbemelten Hertog Ludwigs Vertrag alles mit rath eines außschuß vñnd etlicher verordneten vñnd vnser Landtschafft / vñnd auch nach gehaltenen Landtag bißher mit vnser gemeiner Landtschafft vollmächtigen Außschuß / den dieselb vnser Landtschafft hinder ihre bey vns gelassen hat / rath vnd wissen vnd nichts anders gehandelt. Aber zwischen diesen Handlungen allen / habe etwa vil Person / an vilenden der Gerichte vnserß Stiffes im Gebirg vber ihre gethane Pflicht vnd Ayd / von der Zeit desselben Vertrags / auch inn vñnd nach gehaltenen Landtag kein Gehorsam thun wollen / mit allein das wie obsehe / den ganze Winter hinnumb ein grosse Anzahl böser vertribner Leuth / auch die verloffnen Slauminger vnd ander auffwigler / bey ihnen vnangesehen vorbemelter vnser vnd vnser Landtschafft verordneten Außschuß / ermahnung vnd verbott geliffert vnd enthalten / sondern haben sich auch für vñnd für zusammen rottirt / vnd in sonderheit / bald nach dem Vertrag / vnd gleich als bemelter vnser lieber Herr vñnd Freundt Erzhertog Ferdinand seiner Lieb vngehorsam vnderthonen zu Slauming gestrafft / vnderstanden / zu Alten Marek nahend bey Radstat / vñnd auff zwo Meil bey Slauming / ein freyes Säudlin auffzuwerffen / vnd seiner Lieb vnd anderer Freund / auch etlich vnser Leuth niderzuwerffe vnd zu berauben / auch die Statt Radstat vñnd vnser vnderthonen zu Alten Marek zuuergwältigen / vnd zubezwingen / darzu haben sie dazumal vñnd hernach zumehmal verdächtigt vnd verbotene Versammlung gehalten / Kriegsämpter besetzt / den Glocken sturm bestellt / auch ein besonder peen darauß benennt / mit ihren Kriegswehren zusammen geloffen / die Leuth auff freyer Strassen auffgehalten / etlich von der Obrigkeit inn ihren Häusern gesessert vñnd gepländert / darzu auch sich mit auffsenden vil falscher Posten vnd Feindgeschrey fast bemühet / vnd sich in den anstossenden Landen vnd Fürstenthumben / vnd sonderlich durch ihre geschrifften zu Schwaz vñnd anhang besworben / Sie haben auch nicht allein ihre Anlag in die vierzehntausent gulden / so sie nach laut des Vertrags / den Ständen des Bunds wie oben angezeigt schuldigt gewesen seyn / zu den angefesten fristen nicht bezahlen wollen / sondern auch etlich ganze Gerichte betrohert / daß sie inn dieselbe vierzehntausent gulden / den Ständen des Bunds nichts geben noch zahlen / noch sich gegen vorgedachten vnsern lieben Herrn vnd Freundt Erzhertog Ferdinand / vnd denselben Oesterreichischen Landen der vorderungen halben von wegen der Slaumischen that in nichten einlassen sollen / vnd also / damit den auffgerichteten Vertrag augenscheinlich verbrochen / auch daß alles zuuor / vnd chekeiner gegenwerthat oder straff gegē jnen / von vns oder vnser Landtschafft / je gedacht worden ist / truniglich gehandelt. Sie haben auch ferner sich in wvrendem angefestem gemeinen Landtag / eines

eigen

eigen Landtags angemast / vnd ein sondere versamlung zu Dachsenpach / so vnder der
 Nauris ligt / da dann diser gegenwärtiger auffstand durch böß auffrätig Leut practi-
 cirt vnd beschloffen worden seyn sollen / gehalten / vnd als auß dem Landtag / von der
 gangen Landtschafft / nemblich vom Adel / Stätten / vnd Märkten ein treffliche Bot-
 schafft dasselb hin gen Dachsenpach / sie von ihren bößen fürnemmen gültlich abzuwei-
 sen / zu ihnen verordnet vnd geschickt worden / haben sie dieselben oder etlich auß ihnen
 spöttlich gehalten vnd trölich abgefertigt / darzu auch einen vom Adel auß demselben Ges-
 sandten / vnd bald darnach ein trefflichen vermehrten Ritter / auß dem Landt zu Crain /
 so durch vnser Stuffs / seinen geschäften nach gezogen / mit selbs zündeten Büchsen vñ
 in ander betrohung weise verzweltigt / vnd darneben sich vernemen lassen / daß sie allen
 Adel vnd Herrschafft / so bald die stauden Rauch / oder grien werden / vertilgen wolten /
 vnd darzu vnser Richter vnd nachgesetzten Obriheiten an etlichen orten vil derglei-
 chen betrohung erzeigt / sie gefängkust / vnd versagt / vnd etlich mal mit Büchsen auff
 sie abgeschossen. Wir geschweigen daneben / daß sie sendt des vertrags / vns vnd ans-
 deren ihren Hülthern ihre Zins / Zehendt / vnd ander gült / auch zum theil mit betroh-
 ung vorgehalten / darzu in verboten Wassern gefischt / vnd das Wildtbret allenthalben
 freuntlich gejagt / geschossen vnd nidergeschlagen / vnd vil ander mutwillig vngehor-
 sam thaten begangen / alles ober vnd wider den obgemelten Herzog Ludwigs vertrag /
 vnd gemeiner Bundesstände vnd vnser Mandata / gebott vnd verbott / mit raht der
 verordneten von vnser Landtschafft darwider außgegangen / alles vor / vnd in wehren-
 dem Landtag vnd darnach. Es haben auch vil derselben bößen verführischen Leut / ober
 ihr gegeben verscriben gewalt / das fürnemmen vnd beschluß des gehaltenen Landtags
 mit allem gar nit annehmen wollen / sonder ander gehorsame Vnderthonen anch dauon
 gewissen / auch sich daneben / in dem vnd andern für vnd für erzeigt / daß scheinbarlich ab-
 zunehmen gewest / daß ihr sinn vnd gemüt dahin gestanden ist / daß sie zu den schieristen
 Wettertagen / sich widerum auffrätig erzeigen vñ empörr wollen. Des alles dann me-
 niglich auß dem Landtag mercklich mißfallen tragen / vñ nit anders hat außlegen noch
 verstehen mögen / dann für ein vñdliche thätliche handlung vñ vngehorsam / auch erzeig-
 ung zu neuer Empörung / derhalben sich all Stände vnserer Landtschafft / auch die Ge-
 sandten von den Gerichten / auff ihr verscriben gewalt erboten haben / zuuerhelffen /
 damit solches in künfftig zeit nohtfürffiglich vnd endtlich abgestellet / auch frid vnd
 ruhe im Landt besetzt vnd erhalten werden möge. Es ist auch darauff / neben anderen
 Articklen vnser auch gemeiner Landtschafft / ehre / nutz vnd wolffahrt berührt endt / bewe-
 gen / vnd ein Rahtschlag vnd fürnemmer durch gemeiner Landtschafft vollmächtigen
 Ausschuß gemacht worden / dem wir auch gefolgt haben / namblich / dieweil sich wie
 oben angezeigt / vil bößer frembder Leut im Landt vnd Gebürgenthalten / vnd new auff-
 stände Practiciren / daß in allweg noht seyn wolle / daß zuvor wir vnd vnser gehorsame
 Landtschafft vns dagegen auch verassen vnd bewerben / damit vns dieselben böße vnd
 auffrätigen nit obereilen / vnd daneben den frommen vnd gehorsamen zu trost versuchen /
 ob man die frembden Rädelführer auß dem Landt weisen / vnd die Landtsessen / so ihnen
 verwandt oder anhangen / auch stillen vnd zu gehorsam bringen möchte / vnd namblich /
 alle Gerichte / auff ihr versigelt gewaltsbrief / durch ihre Gesandten in solch fürnemmen
 vnd beschluß / auch nehmen / vnd als die gehorsamen die gern frid vnd ruhe haben / vnd
 mit gemeiner gehorsamer Landtschafft / heben vnd legen / bedencken wolt / vnd ist doch
 daneben auch fürgenommen worden / amersten alle weeg vnd mittel der gütigkeit zu-
 versuchen / vnd die thätlich gegenwöhr zuuermeyden / damit sterben vnd verderben der
 Vnderthanen verhüt / vnd so die gütigkeit nit erschiessen wolt / daß dannoch solch für-
 nemmen der thätlichen gegenwöhr / ohn ein grosse menig oder anzahl frembdes Kriegs-
 volck vnd ohn verderben des Stuffs vnd der Vnderthonen gericht wurde. Dem

nach auß anzeigen vnnnd raht des obbemelten Aufschuß von vnser Landtschafft etlich Personen / auß vnsern trefflichen Rätchen von der Ritter schafft vnnnd sonst von anderen Ständen der Landtschafft in etlich der verdächtlichen Gericht außgefandt worden seyn. Allein die gehorsame in ihrem guten willen zu besteeen / vnnnd die vngheorsamen Landtschaffen von ihren vngegründten vnd widersässigen fürnemmen vnnnd handlungen mit besterckung vnd hilff der gehorsamen abzuwenden / vnd daneben die obgedachten frembden vnnnd mutwilligen auffwigler abermals mit der hilff auß dem Landt zubringen / darauff dann aller Gericht in der gemein / vnnnd mit den mehrren stimmen sich vernehmen lassen / daß sie darzu treulich verheiffen / vnnnd auß ihnen ein anzahl Dolet darzu außschießen wollen / vnd damit aber solch fürnemmen deser statlicher vnnnd sicherer vollzogen werden möcht / so ist durch den berürten vollmächtigen Aufschuß mit vns berathschlag vnnnd beschloffen worden / den bemelten Gesandten vnnnd vnsern gehorsamen Gerichten vnnnd Vnderthonen mit etlichen Kriegsknechten ein zusas vnnnd besterckung zuthun / auß vnsern vnnnd gemeiner vnser Landtschafft gleiche kostung / vnnnd ist dises fürnemmen auß solch bewilligung / sambe den beschluß der gemeinen Landtschafft auß keiner andern vrsach auch zu keiner raach noch straff / sonder allein zu handhabung freidens / ruhe vnnnd gebürlicher gehorsam / wie obsteht / beschehen. Es ist auch in solcher handlung vnnnd fürnemmen mit den Gerichten keiner ergösligkeit vnserer schaden vnnnd Kriegskosten / noch etwigs Gelts oder ander anlag von vnserwegen je gedacht vnnnd fürgewendt / sonder allein ein bestendigen frid / erhaltung gebürlicher gehorsam vnnnd guter Landtordnung nach getrungen worden / vnd insonderheit / daß solches ohn Blutuer gießen / sterben vnnnd verderben geschehen möcht / also daß sich kein frommer gehorsamer Vnderthon des hee bedörffen entsetzen noch besorgen. Dann man hat sich zu demselben fürnemmen mit raht / wissen / willen / bitt vnnnd beger der Gerichtsteut vnnnd Gesandten / der Ende da solch auffwigler gewesen seyn / also verfaßt vnnnd keiner vntrew versehen. Aber die obgemelten vngheorsamen / auffrührigen vnnnd auffwiglern / haben sich ober das ohn allenohi vnd redlich vrsach / auß eigenem mutwillen vonstundan in offenwaren auffstande vnnnd empörung wider vns vnnnd vnser gehorsamen Landtschafft begeben / vnnnd durch ihr vergiffte vnnnd böß Practicken / ihnen auch für vnd für bey den gehorsamen ein grossen anhang gemacht / vnnnd seyn also ihre etlich hundert von Püssendorff / vnnnd auß andern orten der selben gegen / so in dem obern Pinnsgew ligen / mit gewaltiger versamlung / gewortter hand vnnnd fliegendem Fändlein / vnserm Hofmarschalck getrewen lieben Wigilansen Turnier / den wir vnnnd der oberürer vnser Landtschafft vollmächtiger Aufschuß / also zu vollziehung obgemelts fürnemmen / vnnnd Herzog Ludwigs vertrage / vnnnd keiner andern vrsach halben / mit etlichen wenig Pferden vnser Hofgesindts sambe etlich besoldten Knechten von vns vnnnd gemeiner vnser Landtschafft auß der Gerichtsteut begeren / vnnnd beschluß wie obsteht in das Pinnsgew geschickt / vnnnd der mit sambe demselben vnserm Hofgesindt vnnnd der Landtschafft vnseres Geriches Saluiden jes bemelts vnser vnnnd gemeiner vnser gehorsamen Landtschafft bsoldten Knechten gegen Zell in das vnder Pinnsgew verückt ist / vnuersehner sach zwischen Zell vnnnd Saluiden vnder Augen gezogen / vnnnd ihne gwaltinglich von seinem befelch abgewendet / vnnnd vns vnnnd vnser gehorsame Landtschafft dermassen / vnnnd mit einer solchen grossen macht / so vnuersehenlich vnnnd vberering vbereylt / daß vns nit möglich gewest ist / solchen ihren neuen auffstande dazumal so bald zubegegnen / vnnnd dem widerstande zuthun. Sie haben auch darauff im Zusstapffen vnserer Gerichte im Gebürg eins nach dem andern / vnnnd die gehorsamen vnnnd vnschuldigen vnnnd frommen Vnderthanen auch nachmals die Bergwercks verwandten / mit gwaltingen vberzug zu sich in ihre Bändtinnß vnnnd Bruderschafft / vnder dem schein des heiligen Euangelij bewegt / benöttigt vnnnd gedrungen / mit erdichtung vil vnwarhafftigen vrsachen vnnnd falscher posten / die sie den gehorsamen zu bederckung ihrer vergiffen vnnnd

vnd bößhafftigen handlungen ohn allen grundt fürgeben vnd eingebildet / vnd sonderlich als hetten wir vnd der Ausschuss das ganz Landt gewaltiglich wollen vberziehen vnd verderben / vnd sie also zu diser Empörung verursacht / daß sie auch den obbemelten Herzog Ludwigs vertrag ihres theils gehalten haben / das doch alles ganz erdicht ding vnd vnwahr / auch durch sie der obberürt Herzog Ludwigs vertrag fast in allen Articlen nicht gehalten worden ist / daß dann auch ihr offenbat that bisher erzeigt hat / vnd noch täglich mehr erzeigt / Es wirdt sich auch in vnsern / auch vnsero Marschalcks schreiben / so die Rädelführer vnd Auffwügler zuhanden bracht / vnd dem gemeinen Mann fürhalten / nichts erfinden / vnd sonderlich darab jemandts frommer muß entsehung oder einig sorg empfangen / vnd sie haben also in ihrer Empörung vnd Feindlichen angriff gegen vns vnd vnserer gehorsamen Landtschafft bisher verharret / vnd lassen sich auch noch keins gebürtlichen vnd erbarn gemüts vnd willens nit merken / darauß bisher so dann nit allein vns / vnsern Stiff vnd gehorsamen Landtschafft grosser abfall vnd verderben / sonder auch den löblichen Ständen des Bundes zu Schwaben / den wir als ein Bundesverwanter nach solcher verwaltigung / so vns die vnsern bewisen / vmb statlich hilff haben außsuchen müssen / grosser vnkosten zu widerstande den bemelten aufführigen erfolgt vnd zugestanden ist / vnd mag auch weniglich wol gedenecken vnd abnehmen / mit was grosser beschwörung vnd herzenleyd wir solchen vnsero Stiffs grossen abfall / zerstörung vnd verderben also zusehen / vnd wir darzu vnuerschulde / durch dieselben vnser widerwertigen Vnderthanen / Rädelführer / vnd Auffwügler / bey den frommen schlechten Leuten / mit vnwahrhaftig fürtragen / außs höchst eingebildet werden müssen / vnd wir hetten nie nichts liebets gesehen / begern auch noch nicht anders / dann das vnser frommen getreuen Landtschafft vnd Vnderthanen bey dem löblichen alten Stiff in gutem freid vnd gebürtlicher gehorsam / wie ihr vor Eltern / vnd sie lange zeit gewesen / hinfaran auch beliben vnd diser verderblicher Krieg / mit dem wenigsten verderben zum beldisten abgestellt werden möcht / wie wir das auch jehogern vnd wol verhütet wolten haben / wo vnser Vnderthanen den bösen verführtschen leichtfertigen Leuten / nicht mehr als vns ihrem Herren vnd Landtsfürsten auch gemeiner Landtschafft von allen Ständen glaubt vnd vertraut hetten. Wir mögen aber vber solch vnserer widerwertigen verharren inn ihrem verstockten willen vnd fürnehmen / gar kein wendung thun / anders / dann was die löblichen Stände des Bundes zu Schwaben darinnen mit der hilff Gottes zuthun fürnehmen vnd verordnen / nicht destminder so wolten wir doch gern grossen schaden so vns vnserm Stiff vnd gehorsam Landtschafft / auch den angesehenen Leuten der obberürten Gerichte vnsero Stiffs im Gebürg noch fürder durch gewaltig vberzug entscheln mag / souil immer müglich verhüten / das nit auch sonderlich die vnschuldigen vnd frommen / so an diser Aufruhr vnd Empörung kein schuld haben / sonder daren gewaltiglich gendt vnd gedrungen worden / die auch disen Aufrucht noch nicht gern sehen / deren dann als wir des glaublichen Bericht / inn den bemelten Gerichten gar vil vnd mehr dann der andern seyn / nicht also mit sambt ihren Weib vnd Kindern nebet vnd mit sambt den schuldigen vnd aufführigen durch solchen gewaltigen vberzug verderbt / vnd von Haus vnd Hof zudilich vertriben wurden / daß aber durch keinen andern weg bas beschehen vnd verhüt werden kan vnd mag / dann daß dieselben angesehenen vnschuldigen vnd frommen Vnderthanen vor dem vberzug der löblichen Stände des Schwäbischen Bundes Kriegsvolk / sich der bösen vnd aufführigen / bey welchen dann als lang die im Landt seyn kein ruße noch freid erhalten werden mag / einschlagen / vnd sich nit mit der Kriegs-

Abung vnnnd thätlichen gegenwohr / sonder mit einer demütigkeit / daß den Vnderthanen daß ansehete / sich inn gnad vnnnd vngnad derselben Bndtsstände zu Schwaben ergeben / vnnnd sich also zu gehorsam / frid vnnnd ruhe schicken / wie dann sonst all ander des Schwäbischen Bndts vnnnd anderer Fürsten vnnnd Stände im heiligen Römischen Reich Vnderthanen allenthalben thun / vnd niertert auffrührig seyn / darzu wir auch sie all vnnnd jeden hiemie nochmalen gnediglich ermahnen / vnnnd erbieten vns auch / welche sich also ergeben wollen bey gemelten Bndtsständen mit fleiß deßhalbten von ihren wegen zuhandlen / damit sie also ohn einen gwaltigen vberzug auffgenommen / vnnnd nicht also an Leib vnnnd Gut schwerlich gestrafft vnnnd gar verderbt werden. Sie sollen auch solches zuthun von wegen der auffrührigen vnnnd Rädelsführer die bey ihnen seyn / gar kein entsetzen noch forcht haben / dann die bemelte Bndtsstände / vnd wir / mit vnserm Kriegsvolck so nahe bey ihnen seyn / daß sie von vns vor dem auffrührigen bösen Leuten wol geschirmt werden mögen / darinn sie also sich selbs vnnnd ihr Weib vnnnd Kinde billich ansehen vnnnd bedencken / vnnnd nicht so blind seyn sollen / sich ferter von der wegen die nichts zuuertieren haben / dermassen inn ganzes verderben an Leib vnnnd Gut zugeben / dauor wir sie dann hiemit als ihr Herr vnnnd Landtsfürst nochmalen gnediglich gewarnet haben wollen. deß haben wir also meniglich vnnnd einen jeden hiemie wahrhafftiglich anzeigen vnnnd nicht verhalten wollen. Darum in vnser Statt Salzburg am Sambstag nach S. Veits Tag / Anno Domini, &c. im Sechs vndzweihigisten.

Causam exorta seditionis in Archiepiscopatu Salisburgensi premisse Archiepiscopi Cardinalis Matthiae littera, disertè ostendunt: nempe pretextum Sancti Evangelij, hoc est, HÆRESIN; ut quodres est, clariùs exprimat. Hæresis nempe mater est, & janua omnium vitiorum; quâ nihil pestilentius unquam recip. accidere potest. Speciem quidem pietatis habet, sed virtutem eius, teste Apostolo, abnegat: fidelitatis prauaricationem gignit: vrbes, populos & prouincias perfidia sua contagio maculat, labefactat, euertit. Quæ quidem infanda mala omnia, quam certissimè hæresis comitentur, indubitatè, ne priscorum temporum vulnera refricemus BOHEMIA ab Hussi exortus GERMANIA à Lutheri; HELVETIA à Zuinglij; GALLIA à Caluini ingressu, alieq. plures prouincie, olim, dum sanctæ sedis Apostolicæ subderentur magisterio, florentissimæ, tam superiori quam nostro etiam hoc æuo, maximo eheu malo suo aliorumq. testatum reddunt.

III. Erant hæc tempora, ob innumeras vndique succrescentes in Germania hæreses periculossimæ: Ernestus igitur Archiepiscopus, congenite sibi & maiorib. suis à tot seculis, & ab vberibus hausta pietatis auit. Catholica minime oblitus; ne officij sui partes defugeret, atque velut seruus fidelis domini sui, ab onili sibi commissio lupos arceret, oues defenderet, pasceret, foueret: Anno 1549 Synodum Prouincialem Salisburgum indixit. Quæ in Synodo, die 18. mensis Februarij celebrata comparuer.

*Ipsæmet Ill.^{mo} & R.^{mo} Archiepiscopus.
Præpositus ac Archidiaconus Salisburgensis.*

Abbas

Abbas ad sanctum Petrum.

Abbas in Admundt.

Abbas in Peyrn.

Abbas S. Viti cū Rotam.

Abbas in Viring.

PRÆPOSITI.

Præpositus
 in Perdersgadn.
 apud Zenonem.
 in Polling.
 in Bamburg.
 in Gars.
 in Auu.
 in Hegelberdt.
 in Rottenman.

Totum capitulum Salisburgen.

Archidiaconus superioris & inferioris Styriae Marchia.

D. Ioannes Fein.

D. Benedictus Heusfelder. nomine communis cleri.

Archidiaconus Charinthiae superioris.

Dn. Georgius Schwindl / Decanus in alten öting.

Sigismundus Holzner pastor in Rhay.

Fridericus Greißel Vicarius in Puechpach.

D. Christophorus Diether pastor in Deisendorff.

Wolfgangus Hofer Vicarius in Perckbaim.

D. Ioannes Hirschauer pastor in Oberr Perckheim.

Christophorus Goldner commissarius in Lungau.

Dominus Petrus Granmeister / pastor in Hausen.

D. Wolfgangus Ridemann Vicarius in Salfelden.

Ex Episcopatu Frisingensi.

Nomine Reuerendissimi Episcopi ibidem orator.

D. Antonius de Albendorff, Decanus & Vtriusq. Iuris Doctor.

Doctor Ioannes Weyer Canonicus & à conslijs.

Nomine Capituli Cathedralis.

Mauritius à Sandizell.

Georgius Württenberger Licentiatus.

Nomine Collegiarum.

M. Michael Graiser Decanus S. Viti extramuros.

Nomine Pralatorum.

Benedictus Abbas in Rodt.

Nomine totius Cleri, & Decan. Rural.

Dominus Michael Zerrer Decanus in nider Rodt.

Dominus Wolfgangus Dindl Decanus in Dorf.

Ex Episcopatu Ratisponensi.

Reuerendissimus & Illustrissimus Princeps in propria persona.

D. Wolfgangus à Clofen Decanus, à Conslijs.

Nomine Capituli.

Laurentius Hochwart / Canonicus, Doctor.

Nomine Pralatorum.

Abbas in Weltenburg.

Nomine Collegiarum Ecclesiarum.

Sigismundus Pender Decanus Veteris Capella.

Nomine communis Cleri.

Ex Episcopatu Patauiensi.

Reuerendissimus & Illustrissimus Princeps in persona propria.

Doctor Bernardus Schwarz Decanus, à Consilijs.

Doctor N. Huber Officialis à Consilijs.

Ioannes à Schonwurg Canonicus.

Nomine Capituli.

Michaël à Rünburg.

Nomine Pralatorum.

Abbas in Zarnpach.

Abbas in Gäst.

Præpositus in Churstein.

Nomine communis Cleri.

Petrus Sepacher Decanus in Bursleink.

Leonhardus Panschober.

Georgius Neubostler pastor in Pürckhaisfen.

Christophorus Rosenauer Decanus & Plebanus in Haisleüter.

Ex Episcopatu Chiemenfi.

Reuerendissimus in propria persona.

Præpositus in Chiemsee.

Nomine communis Cleri.

Ex Episcopatu Secouienfi.

Reuerendissimus in propria persona.

Ex Archidiaconatu.

Missus Domini Præpositi.

D. Vnielmus Schenck.

Iacobus Wetschel nomine Capituli.

Loco Capituli.

Stamb. Andreas Weiff loco Præpositi & Capituli in Staintz.

Benedictus Neuselner.

Fabianus Schaffer loco Cleri eiusdem Archidiaconus.

f. Archidiaconatus.

Ex Episcopatu Lauantinen.

Reuerendissimus in propria persona.

Nomine communis Cleri.

D. Georgius Conradi.

Ex Episcopatu Brixinensi.

Reuerendissimus dominus Ambrosius à Lamberg Decanus Salisburg.

D. Vnielmus à Drautmansdorff nomine Capituli.

Nomine Pralatorum.

Præpositus in der Neustiffe.

Nomine collegiarum Ecclesiarum.

106. Ioannes Sebastianus Pfaußer loco capituli in Irck vallis Busiriffe & Isaci.

Nomine Cleri.

Decanus superioris vallis Oeni.

Decanus inferioris vallis Oeni.

Ex

Ex Episcopatu Gurcensi.

D. Silvester Peck loco Reuerendissimi.

D. M. Petrus Schlaittel / assessor, nomine Praepositi & Capituli.

Die Herrn des Ausschuss vber die grauamina.

Herr Wilhelm von Trautmansdorff.

Herr Abt von Admunde.

Herr Erhart Hueber Official. Patan.

Herr Abt von Diteich.

Herr Silvester Peck.

Herr Propst von Dämburg.

Herr Abt von Weltenburg.

Herr Propst von Volting.

Herr Propst von der Newstiff.

Herr Jerg Schreindl.

Herr Bernhart Schwarz.

Herr Johann Fein.

Herr Peter Sebacher.

Herr Sigmund Hofzer.

Herr Johann Sebastian Pfaufer.

Herr Peter Grammaister.

Herr Michael Zerzer.

Reuerendissimi Principis Archiepiscopi à Consilij Ecclesiasticis fueri sequentes.

Praepositus Salisburgens.

Abbas ad S. Petrum.

Abbas in Admunde.

Praepositus in Perdesgadr.

Praepositus ad S. Zenonem.

D. Christophorus à Lamberg.

M. Georgius Schrvindl.

Archidiaconus marchie.

Magister Ceremoniarum.

M. Ioann. Mannus Rudpert in e. schole praes.

Syndicus huius synodi.

Magister Georgius Schrvindl.

Duo promotores.

Nomine Reuerendissimi Metropolitanici vnus.

Dominus Praepositus Salzburg.

Nomine Coepiscoporum.

D. Ioannes in Schonwurg.

D. Laurentius Hochwart Canonicus Pataviens.

Duo Referendarij.

Electus à Metropolitico.

Dominus Praepositus in Pozn.

Electus à Coepiscopis.

Domini Notarij metropolitici.

Matthaus Schmeckampfeil.

Coepiscoporum.

*Hilarius Perger Canonicus S. Viti Frising.**Tertius notarius apud tertiam classē granaminum.**Dominus Hieronimus Anfang.**Reuerendis. à consilijs & pröthonotariis.**Adiunctus magister Sebastianus Rheindel Reuerendis: Episcopi Pataviensis à Secretis.*

XX. *Anno Domini 1583. institutus fuit conuentus Episcoporum in Bauaria, auctoritate & iussu Summi Pont. Gregorij XIII. & tractatum Monachij de Concordatis inter Episcopos & Bauaria Ducem, quemadmodum subsequentes litera summi Pont: & Reccessus partium consensu vtrinq; confectus & auctoritate sedis Apostolicæ roboratus ostendunt.*

*Litera Gregorij PP. XIII. ad Episcopos Bauaria.**Venerabilibus fratribus Episcopis Bauaria congregatis,*

GREGORIVS PP. XIII.

Venerabiles fratres salutem, & Apostolicam ben. vestra singularis prudentia, & pietas spectatissima facit, vt in isto conuentu omnia à vobis expectemus, quæ quidem possunt expectari à pastoribus optimis, & Christi gloriæ, sanctæque eius Ecclesiæ dignitatis studiosissimis, nec dubitamus, quin vtrique causæ omni cura & vigilantia inseruituri sitis, neque vlla in re vestro officio & muneris defuturi. Itaque nihil est, quod hortemur, vt tales esse velitis, quales vos esse certum habemus. Restat igitur, vt Venerabilis fratris Feliciani Episcopi Scalensis Nuncij nostri verbis omnem fidem tribuatis, vtque ea decernatis, quæ negotiorum ipsorum grauitas flagitat, quæque vestra caritas pollicetur. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXIX. Ianuarij. M. D. LXXXIII Pontificatus nostri Anno Vndecimo.

Ant: Buccapadulius.

*Litera eiusdem Pont. ad Ser.^{num} Bauariæ Ducem Guilielmum.**Dilecto filio nobili viro Guilielmo Bauaria Duci.*

GREGORIVS PP. XIII.

Dilecte fili, nobilis vir, salutem, & Apostolicam ben. Negotium susceptum à Venerabili fratre Feliciano, Episcopo Scalense Nuncio nostro de Episcoporum istius regionis Conuentu istic Bauariæ habendo, grauissimum est, pertinetque magnopere ad Christi gloriam, sanctæque eius Ecclesiæ dignitatem, cuius vtriusque causæ nobilitatem tuam semper studiosissimam cognouimus, quo maiore etiam cum spe hortamur, & rogamus, vt velis rem confici, optima omnia ab illorum prudentia, & pietate expectanda erunt, vbi eorum decreta cognouerimus, facile perspicias nostram paternam, tibi que vt speramus hactenus non incognitam erga te caritatem, & studium laudis tuæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXIX. Ianuarij. M. D. LXXXIII. Pontificatus nostri Anno Vndecimo.

Ant: Buccapadulius.

Recef-

*Recessus Monachiensium Concordatorum cum Ordinarijs
Bavaria, Anno MDLXXXIII.*

IN DEI NOMINE.

NOTVM SIT VNIVERSIS, ET AD FVTVRAM MEMORIAM PAT-
reat euidenter. Cum superioribus annis per Reuerendissimos in Christo
Patres ac Dominos Archiepiscopum Salisburgen, Metropolitanum, cæ-
terosque per Bauariam Episcopos, grauamina ijs de rebus, quæ Iurisdictionem
Ecclesiasticam, Cleriq; immunitatem concernerent, ad Sedem Apostolicam,
fuisent explicata, vnde adductus S. D. N. Gregorius XIII. Pontifex maximus,
per Reuerendissimum in Christo patrem, Dominum Felicianum, eo tempore
Scalensem, nunc S. Agathæ Episcopum, qui tum ad superiores germaniæ par-
tes suæ S. Nuncius, cum potestate legati à Latere destinatus erat, primum apud
Serenissimum Principem Albertum Bauariæ Ducem, piæ memoriæ, anno Chri-
sti Saluatoris nati M. D. LXXVIII. deinde ab eius obitu, cum successore filio
Serenissimo Duce Guiljelmo, de ijs grauaminibus variè hucusq; egisset, dictusq;
Serenissimus Dux Guiljelmus, pro sua in Deum pietate, in religionem Catho-
licam studio, & erga Ecclesiasticum statum amore & beneuolentia singulari, ad
se maxime pertinere iudicaret, curare & efficere, vt ea ipsa, quæ sic controuer-
sa viderentur, per Prouincias ac ditiones suas, ad æquas ac honestas rationes
componerentur: facile probauit, vt ad ipsum Reuerendissimum Dominum
Nuncium Apostolicum Ordinarij Bauariæ huc conuenirent. Itaq; vbi ad præ-
scriptum tempus, nimirum ad festum Assumptionis Deiparæ virginis matris,
Reuerendissimus in Christo pater. D. Georgius à Kuenburg Coadiutor ac Præ-
positus Salisburgen. in propria persona, & huius alij metropolis Episcopi, per
honestissimas legationes comparuissent, de omnibus & singulis, in quibus gra-
uari visi sunt, mediante Reuerendissimo D. Nuncio Apostolico, ordine propo-
situm est, & cum deputatis Sereniss. Ducis Consiliarijs collatum ac deliberatū,
donec hinc inde concordatis sententijs, ac animis, per Dei gratiam, omnia ista
in septem capita redacta placidè & amicabiliter componerentur, ordine ac mo-
do sequentibus.

*Nuncius
Apostolicus
Sereniss.
Dux Al-
bertus.
Sereniss.
Dux Gui-
ljelmus. &
filius.*

*Reueren-
diss. domi-
nus Con-
diutor Salis-
burgenfis.*

i.

DE VISITATIONIBVS ET IVRIBVS D. D.

Ordinariorum in Bavaria.

Primum. De Visitationibus ac Iuribus Episcoporum. Vt visitatio cum præscel-
tu Principis, & adiunctis Ducalibus siue Commissarijs, siue Consiliarijs insti-
tuatur, Ipseq; Princeps de tantæ molis negotio intra prouinciarum suarū fines
conficiendo, certior fiat, æquum iudicatur in tribus casibus. Primo, vbi laici si-
mul cū clericis visitandi & examinandi erunt. Secundo, vbi in visitatione tem-
poralium rerum tractatus suscipiatur. Terrio, si quando solius etiam Cleri visi-
tatio, tamen generalis, seu vniuersalis instituenda videbitur. Ac tum Commis-
sarij Ducales, qui examini Ecclesiasticarum personarum interfuturi sunt, vt ipsi
quoque sint Ecclesiastici status, conueniens erit, nisi vrgentes causæ postulent,
vt propter rerum temporalium maximè concurrentiam sæculares quoque per-
sonæ addantur. Quarto vero caso, vbi reuerendissimi Domini Ordinarij visita-
tionem frequentabunt particularem, ac pro sui officij ratione in clerum, ac v-
triusq; sexus religiosas personas, circa religionis negotium ac disciplinam Eccle-
siastica inquiruntur sunt, rem per se soli, suo suorumq; arbitratu administrabunt:
atq; in omnibus supradictis visitandi casibus, Sereniss. Dux promotionis studiū,
& brachij sæcularis auxiliū benignè prompteq; offert.

*Visitatio
Ducis &
municipii
Clericis.
Visitatio
temporalium
Visitatio
Clericis gene-
ralis.*

*Frequentatio
Clericis
personarum
religiosarum
Clericis.*

Quod

di admini-
stratio tem-
poralium
in Mon-
asterijs sit
suspecta.
In sumptibus
parcendum.
Rectores
Ecclesiar.
& Hospi-
talium
quomodo
gstrandis.
Subsidia
charitati-
ua.
Viticorum
Ecclesiarum
ratio in sa.

Quod si Prælati de mala rerum temporalium administratione suspecti fiant, Principes pro interesse suo, ab ijs, vigore memorabilis vsus, ac indulti specialis, sicut etiam ipsi ordinarij quoque, vel visitationis tempore vel alio, rationes exigere possunt. Vt sic comuni consilio & opera Ecclesiarum comodum procureretur. At loca illa à neutra parte, itineris expensis grauentur. Idem curetur pari opera circa Rectores seu Parochos Ecclesiarum siue Hospitalium, de bonorum temporalium dissipatione accusatos, scilicet visitationis vel alio tempore.

Haud prohibetur etiam Clerus ordinarijs subsidia charitatiua, & alia Iura Episcopalia tribuere: dummodo non fiat insolita exactio, aut præter antiquarum transactionum formulam.

Vt ne vero Vitrici Ecclesiarum, aliorumq; piorum locorum Præfati redditus ac proventus eorundem prohibitu dissipent, in ijs obseruabitur, quod in Rati- sponen: reformatione, Anno Domini M. D. XXIV. publicata decimo octauo prouisum legitur in hunc mundum. Vt autem Christi fidelium Eleemosinæ in- vsu, quo erogantur, vertantur, non liceat procuratoribus seu vitricis fabricarum in singulis Ecclesijs, quicquam de pecunijs ad fabricam prouenientibus distribuere, aut in ædificiorum, seu alterius rei vsu dispensare, sine Reçtoris scitu, sed ad armaria fabricæ reponantur, vt hætenus seruatum est, duobus vel tribus clauibus, pro loci consuetudine tenendis, quarum vna ipsi Reçtori ser- uanda tradatur, obseruato vsu in elauibus, & rationibus reddendis à Principi- bus & superioribus hætenus recepto.

II.

DE ELECTIONIBVS ET CONFIRMATIO-
nibus Prælatorum.

Obitus Præ-
latorum.
Electio
tractatur.

Secundò. Quo ad Electiones Prælatorum, mortuo Prælato ad vtrumq; & Ec- clesiasticum & sæcularem magistratum referatur, qui inter se conueniet de die electioni constituenda. Cuius electionis tractatui intererunt Ducales Com- missarij, ipsi autem electioni non aliter quam si in compromissarios seu scruta- tores assumentur, atq; vbi Electio Canonicè processerit, & electus statim confir- mari debet. Principis nomine, qui adsunt electioni factæ assensum præstabunt.

Assensus
Principis
confirman-
do necessa-
rius.
Admini-
strator Mo-
nasterio
quomodo
dandus.

Si verò ex interuallo Confirmatio seu institutio petenda erit, tum electus & confirmandus approbationis seu assensus literas Ducales secum feret. Nec etiam vacanti alicui Monasterio Principis nomine dabitur, aut imponetur ad- ministrator sine ordinarij consensu.

III.

DE PERSONARVM ECCLIASI-
carum delictis & pœnis.

Pecunia
pœnalis
Clericorum
quomodo
collocanda.

Tertiò. De personis Ecclesiasticis, ita est conuentum, quod Clerici delin- quentes ad ordinarium quisq; suum, vel deputatum ab Episcopo remittan- tur, quod si ijs ab Episcopis pecuniaria pœna fuerit irrogata, parte eius aliqua no- tarijs causæ, ac pedellis cessura, residuū in Ecclesiarum fabricas, vel similes pios vsus, intra Bauariæ fines collocetur, ideoq; significabunt Ordinarij Præfatis in quanto multauerint, ne intercipientur istæ pecuniæ. Deprehensi vero Clerici cum prohibitis armis, in amissione eorum à magistratu sæculari plecentur.

Arma non
permissa
Clericis.

Compari-
tiones Lai-
corum in
consistorijs.

Laici quoque prouinciales, vbi ex causa citationi inserta, spirituale nego- tium esse constituerit, comparere non prohibebuntur: sed contumaces in com- parendo pœnis potius coercebuntur, & adigentur.

Ac de Clericis percussoribus, vbi conueniendi puniendiq; ij sint, iam supra commemoratum est.

Laici per-
cussores

Laici verò percipientes Clericum, vt ultra pœnam à sæculari magistratu ir- roga-

rogatam, etiam absolutionem Canonicam petere teneantur, tanquam iuri con-
sonum recipitur.

Clericus porro delinquens, nisi criminis atrocitas exigat aliud desistendo
se apud suum Ordinarium, vel eius delegatum suæ promissioni, vel ubi fugæ ali-
qua suspicio est, fideiussoriæ cautioni committetur. Ac si delicti qualitas ca-
pturam postulet, in traductione tamen superfluous sumptus ac quantum diligen-
tis custodiæ ratio ac necessitas patitur, ordinis irreuerentia vitabitur. Insuper,
autem providendum, ne captiuus in ædibus suis aut bonis iacturam vel damnum
patiat, nisi ipse per suos prospiciat.

IV.

DE COLLATIONE BENEFICIORVM

Ecclesiasticorum.

Quarto, Circa beneficiorum collationem. Omittetur primum Ducale exa-
men, quod subierunt hucusque Sacerdotes, quibus animarum cura com-
mendata fuerat, si finem in eo examine quaesitum præstabit Episcopatum exa-
minum rigor ac frequens visitatio. Ita quoque, ut Sacerdotes ad animarum curam
admittendi pro respectu ac necessitate loci, ad quem mittendi fuerint, denuo
ab Episcopis examinentur, suæque sufficientiæ testimoniū inuesturis inferatur.

Iam ubi per Ecclesiasticam personam ex Episcopi delegatione beneficia
in possessionem inducitur, Præfectus loci secularis adhibetur (quod vulga-
riter *den Einsatz* vocant) ut Principis loco assensum temporalis administrationis
sicuti hactenus consuevit, præstet. Ad quam rem ex regimine cuiuscunque
loci permissionis literas (quas *Posses Brieff* dicunt) beneficiati requirent. Præ-
fecto tamen ipsi pro impertita opera ultra taxam statuti Prouincialis recentis ni-
hil profus præstabunt.

Ut autem Clerici vel resignent dignitates & beneficia Ecclesiastica seculari-
bus absque præscitu & consensu Ordinarij, alijque ad eandem promoti
ante Ordinarij confirmationem & inuestituram administrationem eorum, sus-
cipiant: vel vacanti beneficio aut dignitati magistratus secularis sua quadam
authoritate prouideat, id verò nunquam admitti debet.

Pontificij quoque mensis Ius præscriptum non extendet Serenissimus Dux
ad ea beneficia, in quibus alteri Ius patronatus competit. Et quia de pauciori-
bus forte adhuc disceptari contingit, inibitur vtrinque talis controuersia sopi-
endæ commoda aliqua ratio.

V.

DE PERSONIS ET BONIS CLERICORVM.

Quinto, de personis ac bonis Clericorum: Primum angariarum vsus ita tem-
perabitur, ut in grauius Ecclesiarum dispendium non cedat.

Deinde in contractibus super rebus Ecclesiarum celebrandis, pro eorum le-
galitate vtriusque superioris consensus requirendus est. Et si seculares per Bava-
riam de offerentijs, elemosinis, & alijs rebus ad Ecclesias oblati; per se simpli-
citer disposuerunt, vel Præfecti, Iudices, Prouincialesque seculares, cum pos-
sessio daretur Clericis, aut annui celebrantur rusticorum conuentus, quos
Eshafft appellamus, sacerdotibus & parochis graues fuerunt huc vsque, id ut
in posterum ne fiat: Et tales conuentus in parochialibus ædibus non amplius
celebrentur, per Sereniss: sedulo curabitur.

Sic etiam in causarum Decimalium cognitione, Ordinarijs ius suū concedi-
tur. Ex tamen in certis casibus à Iure permissis, ad secularem quoque magistratū
spectant,

*Clericorum
absolendi.*

*Clerici de-
linquentes
quomodo
Ordinarij
sistentur.*

*Examen
Curatoris.*

*Possessiones
quomodo
impertiantur
da benefici-
catis.*

*Resignatio-
nes digni-
tatum &
beneficiorum
quatenus
valeant.*

*Ius mensis
Pontificij,
quomodo
intelligen-
dum.*

*Angaria
Clericorum
moderanda*

*Legalitas
contractuum
sup: rebus
ecclesiasticis.*

*Dispositio
circa obla-
tiones & e-
lemosinas
Ecclesiarum.*

*Conuentus
rusticorum
annui in æ-
dibus paro-
chialibus
no habendi.*

*Cause deci-
marum à
quibus sint
decidenda.*

spectant, puta in ijs decimis, quæ iam effectæ sunt Iuris Laici: ac vbi vel vterq; vel reus tantum Laicus est: jtem in contractibus decimalibus temporariis, scilicet vbi fructus tantum decimarum ad tempus venditi locatiuè sunt, atque etiã in casu soluti, vel non soluti, & in possessoriis vbi nuda facti quæstio est, nihilq; proprietatis admixtum continetur, & similibus casibus, de quibus ad Ius eiusq; interpretes relatio habeatur.

*Sigillatio
super fun-
dis ecclesia-
sticorum,
quibus &
quomodo
competat.*

Quare clæ denique circa sæcularem super bonis Ecclesiasticis sigillationem remedium adhibet nouum Statutum Prouinciale, vt scilicet Prælati & Clerici super fundis suis sigillandi Ius regulariter competat. At vbi Præfecti Ducales, vel alij ab antiquissimo tempore hoc Ius præscripserunt, vt tamen indemnitati Ecclesiarum consuleretur, nec tunc solis sigillare licet, sed fundi Dominus pro configillando semper est requirendus.

VI.

DE TESTAMENTIS CLERICORVM.

Sexto super Testamentis Clericorum transactum est superiori tempore nimirum à CHRISTI Natiuitate M. D. XXXIX. inter Episcopum Ratisponensem Patricium & Ludouicum Bauariæ Ducem, quæ quidem formula cum Reuerendissimo & Illustrissimo Cardinali Tridentino, Legato nuper in Comitibus Augustanis atque ipsi quoque Reuer. Domino Nuncio Apostolico visa sit discreta, & æquitati consona huc quoque accepta est ab omnibus æqualiter obseruanda, eaque sic habet.

*Transactio
Ratispon.
super testa-
mentis Cle-
ricorum
obseruan-
da.
Clerici te-
stati.
Clerici in-
testati.*

Clerici qui legitimo testamento confecto mortem obeant, bona relicta testamentarij siue Ecclesiastici ij sint siue sæculares, describant, ipsum testamentum Vicario Ratisponen. pro confirmatione offerant, illudque deinceps exequantur, nec tamen id alio quam eo loco, vbi Sacerdos vita functus est, bonaq; ista relicta sita sunt: vbi verò quis intestatus decedat, tum vel Vicarij Ratispon. vel Officiarij ducales ad quos primum de obitu perlatum fuerit, bona relicta obsignent etiam absente altera parte: ad quam tamen de eo statim referatur, vt deinceps communi consilio diem statuunt in qua Inuentario simul ab ijs confecto Creditoribus ante omnia satisfiat, cum residuo id agatur, quod Ratispon. Vel Officiarij ducales, ad quos primum de obitu perlatum fuerit, bona relicta obsignent, etiam absente altera parte: ad quam tamen de eo statim referatur, vt deinceps communi consilio, diem statuunt, in qua Inuentario simul ab ijs confecto, creditoribus ante omnia satisfiat, cum residuo id agatur, quod Ratisponen. reformatio iam ante edita, præscribit, sumptusque maiores & grauamina hæreditati minimè imponantur, nec creditores, aut alij molestentur, aut impediantur diutius, hæc ex transactione illa, in reliquis stetur dispositioni Iuris communis, & consuetudini loci.

*Bona legi-
timorum
Clericorum,
ex patrimonio
vel industria
deuentus
privilegia-
ta.*

Et ne quid desit hoc loco, etiã reformationis Ratisponen. caput hic allegatū, quod XXIII. est, addere libuit, quod ita habet: Inhibemus insuper ne in posterum Episcopi Clericis legitimis, ab intestato decedentibus, in patrimonialibus bonis seu industria propria acquisitis, succedere possint ac debeant.

VII.

DE CAUSIS MATRIMONIALIBVS.

*Iudicium cir-
ca matrimo-
nialia &
penitenti-
arum ad
ordinarios
spectat
Pecunia
penitentibus
allocanda.*

Vltimo Causæ matrimoniales æquæ ac alia liquidò consistoriales foro Ecclesiastico liberè committuntur, sic etiam penitentiarum in iungendarum iudicium ordinarij, eorumque deputatis in populo Catholico liberum semper erit: Si tamen delicti qualitas, & personæ conditio satisfactionem pecuniariam imponendam suaserint, curabunt ij, vt ea pecunia ad pios vsus intra Bauariæ fines collocetur.

Atque

Atque hæc sunt de quibus inter Reuerendissimos Dominos Coadiutorem Salisburgen. Metropolitanum, aliosque istius prouinciæ Episcopos, ac Serenissimum Bauariæ Ducem Guilielmum, amicabiliter & placidè conuentum est, in ijs, quæ Ecclesiasticæ Iurisdictionis esse censebantur. In quæ quidem concordata eatenus consentit pietissimus Princeps, vt tamen in casibus non expressè specificatis, sibi Ius suum referuet, ac, quod iam testatissimum esse vult, etiam in expressis casibus eouisque conuentis stabitur, dum Reuerendissimi Domini Ordinarij, quod liberaliter pièque pollicentur, & sua Serenitas planè confidit, ita rem per se vel suos administrabunt, vt Catholicæ Religionis profectus, ac circa Clerum Ecclesiasticæ disciplinæ neruus conseruari possit: si quid secus ipsi, aut remissius egerint, vel etiam aliquas præactarum conventionum iam supra memorato instituto, ac proposito fini minime deseruire, ostenderit sequens vsus certissimus legum & consiliorum explorator, Princeps tunc pro sua pietate, & publicæ salutis cura, de oportunis & efficacibus remedijs vigilantissimè curabit semper.

Atque hæc quoque ea ratione Reuerendissimi Domini Ordinarij admittunt, vt in casibus tamen hic non expressis, vel declaratis, atque in ijs in quibus aliqui ex Dominis Ordinarijs peculiare habent cum Serenissimis Bauariæ Ducibus transactiones, Ius suum sibi conseruant, & dato quod absit casu, quo Ordinarij, etiam admoniti, officio suo minus fecerint satis, tunc hæc Iuris communis, & sacrorum Canonum dispositioni relinquuntur. Quibus tamen protestationibus vtrimque factis non obstantibus, ijsque quo de Iure valere possunt modo, vel non, in suo vigore relictis, in supra specificatis negotium hoc in præsentiarum amicabiliter compositum sit & maneat.

Acta sunt hæc Monachij & concordata penitus, quinto die Septembris, Anno Christi Saluatoris nati, M. D. LXXXIII. Præsentibus Reuerendissimis in Christo, Reuerendis, Generosis, Nobilibus, Doctis, & Clarissimis viris sequentibus.

Primum Metropolitanæ Ecclesiæ Salisburgen. nomine, cum ipso Reuerendissimo D. Coadiutore prædicto, D. Sigismundus Fridericus Fuggerus, Baro in Kirchberg & Weissenhorn, Decanus. P. Sebastianus Cathaneus Domincanus, Theologus, & D. Balthasar Hofinger I. V. D. Consiliarius.

Ex Frisingen. Ecclesiæ. D. Bartholomæus Schollius, S. Theologiæ. L. Episcopus Darien. Suffraganeus, &c. D. Ludouicus Schrenckius I. V. D. Canonicus, Vicarius, & Officialis, ac S. Andreæ Frisingæ Præpositus.

Pro Ratisponen. Ecclesiæ D. Sbinco Bercka Baro de Duba & Leippa, &c. Administrator Episcopatus Ratisponen. Præpositus Vuilsegraden, & Oettingen. Protonotarius Apostolicus & S. D. N. Cubicularius. D. Ioannes Baptista Pihelmair S. Theologiæ D. Episcopus Almiren: Suffraganeus.

Cum Parauien. Ecclesiæ mandatis, Hector Wegman S. Theologiæ L. Episcopus Symbalien. Suffraganeus & Officialis, Præpositus Ilcen. D. Antonius Fabricius, S. Theologiæ D. Decanus. D. Wolfgangus Mollus I. V. D. Consiliarius. D. Casparus Heldius, congregationis Notarius.

Chiemen: quoque Episcopi vice, supradicti D. Fuggerus, Decanus, & P. Cattaneus.

Ex parte vero Serenissimi Ducis Bauariæ, D. Georgius Lautherius, S. Theologiæ D. Præpositus Monachien: & Canonicus Parauien. D. Christophorus Elsenhaimer in Hamperg I. V. D. Supremus Bauariæ Cancellarius, Præfectus in Traunstein. D. Sebastianus Francius S. Theologiæ L. Decanus Monachien: & Canonicus Frisingensis.

D. Antonius Welserus, Canonicus Monachien: D. Ioannes Chrysoftomus Kraisser. I. V. D. Cancellarius Burckhusien: D. Casparus Lagus in Erlhouen. I. V. D. & Professor Ingölstadij. D. Theodorus Peiffer in Magersdorff. I. V. D. Et Erasmus Vendius, omnes Consiliarij Ducales.

Et in horum omnium perpetuam memoriam istorum concordatorum pro singulis partibus singuli scripti sunt libelli, quibus Reuerendissimus Dominus Coadiutor & Præpositus Salisburgen. ac Serenissimus Dux Guilielmus, ad propriæ manus subscriptionem sigilla quoque sua secreta appendi curarunt, atque ipse Reuerendissimus D. Nuncius Apostolicus manum sigillumque suum addidit. Quod foelix faustumque accidat & Religioni & Reipub. Bauaricæ. Amen

XX. Anno Domini 1580. mense Aprili Wilhelmus à Trautmansdorff Iudicis sententia Decanatu, Canonicatu, & omnibus Ecclesiasticis beneficijs priuatus, ab ordinumque sacrorum executione suspensus, ad perpetuos carceres damnatus est. In eius locum, libera Capituli electione 24. Aprilis præsentis D. Feliciano Episcopo Scalensi. Nunc. Apostolico instituta & habitata, consentientibus votis Dn. Sigismundus Fridericus Fuggerus fuit suffectus.

62. GEORGIUS KIENBURG, Ioan. Jacobi Khuen Archiepiscopi Coadiutor ac successor legitimus electus, eo IV. Non. Maij An. 1586. mortuo. Archiepiscopate fastidium contempsit. Vir ultra natalium splendorem, pietate in Deum, religionis Catholice seruire, prudentiâ rerum gerendarum dexterritate, subditorum charitate, humilitate & vitæ sanctimonia nulli secundus. Sed nescio quo fito Salisburgen. Ecclesiæ non bene fauente decem mensibus regimini sui nondum expleto, ad caelestia regna euocatur.

63. WOLFGANGVS THEODORICVS, ex nobili familia de RATTENAVV natus, eligitur Archiepiscopus An. 1587. die undecima Martij: excelsi animi vir: in quem fortuna omnia contulisse visa est; si modo concessis moderatè uti nouisset. Præposituram Berchtesgaden. à prima eiusdem fundatione, quæ ad spiritualia Summo Pont. sediq. Apostolica subiectam; in temporalibus verò immediatum Sacr. Rom. Imperij statum, sua iurisdictionis efficere conatus, per sententiam causâ cecidit: qua de re alibi fusiùs dicendum erit.

Anno 1598. die XI. mensis Decembr. inter horam noctis duodecimam & primam, subito exortus fuit ignis in Oratorio Archiepiscopi in Ecclesia Cathedrali per incuriam ministrorum cubiculariorum; quo praualescente, tectum plumbeum, quinque turres, omnesque campana. nec non nauius templi Ecclesiæ perierunt. Et nisi ciues alijque incolæ omni curâ & industria ad laborassent, actum quoque fuisset de aula Archiepiscopali, ac domibus Præpositi, Decani atque Capitulari. nec verò tota ciuitas tanti periculi immunis extitisset.

Idem hic Archiepiscopus non attendit decisione Summi Pontificis, subsequenti annis ausus fuit Ecclesiam Berchtesgaden contra ius suum, nec non in graue præiudiciam tam sacri Imperij, quam Serenissimi & Reuerendissimi Administratoris istius Ecclesiæ, modernis Electoris Colonien. &c. hostili manu aggredi: adeoque ipsum Sereniss. Vtr. Bauariæ Ducem Maximilianum, secus quam Sacri Imp. Constitutiones sanciant violenter appetere: insuper etiam Capitulum Cathedrali in plurimis offendere & grauare. Quibus de causis sanè urgentissimis, & ad instantiam dicti Cathedralis Capituli, simul etiam tam Ser. fratris, suiq. juris, ac subditorum suorum defendendi; quam Salisburgen. Ecclesiæ, à sua Ser. laudatissimis maioribus Baioaria Ducibus iam olim fundatæ, amplificatæ, plurimisque insignibus beneficijs cumulatæ, deinceps facta tectæ & conseruanda gratia arma legitima (præmonitis de re gerenda Summo Pont. & Imp. Rudolpho II. & quia negocium moram haud pateretur, relatione expeditionis subsequente ad Sacr. Imp. Electores tunc temporis Norimbergæ congregatos facta) nemine penitus improbane mouit: oppidum & arcem Dietmaning prima obsidionis die per deditiõem cepit: alius vltro se offerentibus, & Capitulo annuente Salisburgum perrexit. Archiepiscopus autem cognito Ser. aduentu corraso insigni Ecclesiæ thesauro cum familia sua fugatus celerem iniit: ex qua retrahitur, faciente Capitulo, Sum-

quoque Pontifice, eiusque Legato ad hanc causam cognoscendam, & turbam sedandam specialiter deputato, ex urbe in has provincias misso, annuente, ac resignationem Archiepiscopi Capitulo Cathedrali ultro oblatum, ratam habente, in summa arce ciuitatis Salisburgae custodia mancipatur. In qua custodia per annos quinq;, menses duos & aliquot dies detentus, & tamquã Princeps liberaliter habitus vixit: ac tandem Anno 1617 die 16. mensis Ianuarij pie in Domino obdormiuit. Rexit Archiepiscopatum An. 24. mens. 7. dies 26. Epitaphium ipse sibi multis ante, quam fato concederet annis in Sacello S. Gabrielis Archangeli apud S. Sebastianum à se constructo, (in cuius Sacelli medio sub mausoleo marmore sepultus requiescit) in tabula aerea de aurata, fecerat: quod ibidem visitur legitur, tale.

WOLFGANGVS THEODORICVS RAITTENAUIVS SALISBURGENSIVM ARCHIEPISCOPIVS ET PRINCEPS SACELLIQVE HVIVS ET COEMITERII FVNDATOR: PLEBEM SVAM DVVM VIVERET, ENIXE FOVENS AMANSQVE, INTER EANDEM PARITER IN HAC ÆDICVLA MORTVVS, SEPELLIRI DEO SIC PERMITTENTE PLACVIT: IDEOQVE ET EOS, PENES QVOS POST IPSIVS ORITVM SVPREMA RERVH HVIVS PROVINCIÆ ERIT, VIVVS HOC EPITAPHIO, ET IN DOMINO ROGAT, VTI DEFVNCTI CADAVER NE EXENTERENT, NEVE VLTRA VIGINTI QVATVOR HORAS SPECTANDVM PVBLICE PROPONANT: SED STATIM CONDITIONIBVS HISCE SEPVLTVRÆ MANDENT. NIMIRVM NON ALIIS QVAM QVOTIDIANIS VIVENTIS VESTIBVS INDVNTO: FAMVLV A CVEICVLO OBSCVRIORIS SORTIS, QVOD VIVVM CVRABANT CORPVS, TERRÆ INFERVNTO: FERETRVM VNIVS SIGNVM CRVCIS, CVM QVATVOR TANTVM CEREIS PRÆCEDVNTO: ILLVD IPSVM SEX OMNINO RELIGIOSI ORDINIS D. FRANGISCI DE OBSERVANTIA NEC ALII COMITANTOR: IDQVE NON INTERDIV SED NOCTV, ABSQVE CAMPANARVM PVLSV, EXCEPTA EA, QVÆ PROPE SACELLVM DEFVNCTI APVD S. SEBASTIANVM EST, COMITANTOR. NEMO VESTEM LVGVBREM FVNERIS HVIVS CAUSA SVMITO: SED POTIVS D. O. M. PRO DEFVNCTI ANIMA PECCATISQ; EXORANTO ET DEPRECANTOR, SINGVLA HÆC ITA INTEGRA OBILLÆSAQVE SVNTO, ET A POSTERIS CVSTODIVNTOR ATQVE CONSERVANTOR: SICVT D. O. M. ET IPSI POST FATA SIBI PROPITIVM ORANT EXOPTANTQVE.

Post resignationem Archiepiscopi Wolfgangi Theodorici, de quã supra dictum, Ca. 64. pitulum Cathedrale de suo gremio libera electione surrogavit Illustrissimum & Reuerendissimum Dn. Marcum Sitticum ab Altaemes & c. cuius in prædecessoris funere pro dignitatis tanti Antistitis & Imperij Principis Ecclesiastici ordinis, curando, licet is circa quadam seculis disposuerat, insignis pietas & obseruantia apparuit. Ipse vero diem clausit extremum 9 die Octobris intra secundam & tertiam horam matutinam; hoc ipso anno 1619.

PARIS Comes à Lodron & c. eligitur Archiepiscopus Salisburgen. die 13. mensis Nouemb. An. 1619. Faue Numen optima exspectationis Principi optimo; & quod pij omnes ex animo vouent, pro solita pietate tua perfice. 65.

MICHAEL Baro de Wolckenstein & Rodeneck, Decanus Brixinensis 77. & Canonicus Salisburgen. Præpositus eligitur 23. Iulij Anno 1586. obiit Anno 1604. mense Iun. sepultus apud S. Petrum in Capella S. Sebastiani Salisb.

BALTHASAR à Raunach Canonicus Salisburgen. & Senior successit 33. An. 1604. mens. Iulio. Ob. vlt. Decembr. an. 1605. sepultus in Ecclesia parochiali, in Capella Textorum.

ANTONIVS Comes à Lodron, Dominus Castellani, Senior, Salisburgen. & Passauieni. Canonicus, sufficitur Antecessori suo in mense Februar. An. 1605, ob. 15. Decembr. an. 1615. sepultus ad S. Petrum in Sacello S. Crucis; quam sepulturam viuus adhuc sibi parauerat.

PARIS Comes à Lodron Dn. de Castelnoro Canonicus Salisb. Tridentinus & Ratispon, præficitur in Præpositum & Archipresbyterum Salisburgen. 30. 35. Ianuarij an. 1616. Viuat ad multos annos vir magnæ & præclarissimæ spei,

